

tra Praelatos non residentes, dum committit Auditori Ca- merae, ut contra eos procedat, loquitur eidem non residen- tibus in Diocesi, ubi: contra Episc. & alio quoscumque Prae- latus in propriis Diocesis non residentes de inobedientia propria usque ad sententiam exclusivam procedat, &c.

Sive igitur Episcopi dictis anni temporibus teneantur in Cathedrali residere, sive non, de quo inferius dicitur in Diocesi. Et hoc interpretatio, uti magis consona verbis Concilii & dictarum Constitutionum & quae etiam benignior est in poenalibus, videtur omnino amplectenda, c. Statutum elect. in 6. cum suis concordant.

33 Praefertim quia idem suadet etiam exemplo Parochorum, qui quamvis teneantur omnino residere in aedibus Parochialis Ecclesiae, tamen ibi extra eas resident, dummodo non extra limites Parochiae, fructus suos faciunt, nec in- cidunt in poenas à Concilio Parochia non residentibus in- dictas, ut in casu contingenti olim respondit S. Congre- gatio.

34 Quoad secundam inspectionem, id est, quoad precep- tum & obligationem Episcoporum supponendum est ante Concilium Trid. Episcopi obstrictos fuisse omni tempore in sua Cathedrali residere. Quod constat ex Concil. Carthageniensi V. c. 5. his verbis: Placuit ut nemini sit facultas reli- ctis principali Cathedrali ad aliquam Ecclesiam in Diocesi con- stitutum se conferre: ut referunt in Can. Placuit, 7. quæst. 1. ubi gl. in ver. Diocesi, dicit hoc aded verum ut non liceat Episcopo ad Diocesim divertere, nisi ex causa vi- sitationis.

Idemque patet ex Conc. Aurelianensis c. 33. relato in can. Episcopus de cons. dist. 3. in hac verba: Episc. si in- fermitate non fuerit impeditus, Ecclesiam, cui proximus fuerit, ad Dominico desse non debet. Unde inferat gloss. Episco- pum Dominico diebus in Episcopali Ecclesia Divinis Offi- ciis interesse debere, in qua Sacramentali more residere præcipitur. Et Gregor. lib. 5. Epist. 23. Pervenit, inquit, ad nos, Primorum Amalphitanæ Cruxitatis Episcopum in Eccle- sia sua residere non esse contentum, sed fors per diversa loca vagari. Idcirco hæc sub autoritate præcipimus, ut prædicto Episcopo interminari non desinas, quatenus hoc de cetero fa- ctum non præsumat, sed in Ecclesia sua Sacramentali more resideret. Quod referunt in can. Praesent, 7. quæst. 1. ubi præp. nam. 1. notat residentiam esse faciendam in loco se- cundum conditionem personæ, quia Episcopus per villas vagari non debet, sed in civitate commorari.

Atque hoc supposito ad dubium videtur respondendum, temporibus à Concilio præscriptis Episcopum teneri omnino apud suam Ecclesiam residere, nisi munia Episcopalia in Diocesi cum alio vocent, nam etiam Decretum Concilii Trid. d. c. 1. sess. 23. declaraverit Episcopos obligari ad personalem in sua Ecclesia, vel Diocesi residentiam: tamen per hæc verba non est censendum funditus tulisse antiquum Episcoporum ob- ligationem, ut in simili legitur in c. Ecclesia vestra, il. 2. vers. Neque enim credendum est, supra de elec. cum prædictum ibi innotaret Decreto c. 1. sess. 6. quo immovetur antiqui Canonis adventus non residentes promulgati, sed tantum moderatum fuisse rigorem Sacrorum Canonum. Nam illa verba per dictio- nem alternativam in sua Ecclesia, vel Diocesi, indicant potius ordinem, quam electionem, gl. in c. pen. in ver. vel in Paro- chiali, de sepul. Quemadmodum in terminis aliorum De- cretorum Concilii tenentur Sac. Congregatio. Et in spe- cie in Decreto c. 16. sess. 24. quo jubetur, sede vacante, eligi Vicarium, qui in iure Canonico sit Doctor, vel alias quan- tum fieri poterit idoneus, censuit dictionem alternativam, vel esse ibi ordinis, non electionis, iuxta doctrinam Gemini- ni c. Licet in fin. de sepul. in 6. Ideoque electionem factam de Sacerdote non Doctore, quamvis aliquo idoneo, omis- sis Distributionibus, esse nullam. Et similiter dum in c. 13. sess. 23. distributiones absentium jubentur applicari fabricæ Ec- clesie, vel alteri loco S. Congregatio respondit alterna- tionem primo loco faciendam esse fabricæ Ecclesie, si indigeat Eodem igitur modo dum Concilium declarat Episcopos obli- gari ad personalem in Ecclesia, vel Diocesi residentiam; hæc alternativa non est censenda importare electionem; ita ut arbi- trum sit Episcopo hinc, vel alibi residere, sed potius ordi- nem, ita ut primo & principaliter residendum sit in Cathe- drali Ecclesia, idque tempore Adventus, Quadragesimæ & aliis solemnitatibus, in quibus major & præcipua est residentia obligatio, ut est textus in c. Si quis in Clero 7. quæst. 1. Deinde vero, id est aliis temporibus satisfieri possit ejusmo- di obligationi, etiam residendo in Diocesi.

Quæ interpretatio videtur primò amplectenda, quia per eam minus recedit à dispositione veterum Conciliorum & Canonum ad c. Cum expediat, de elec. 6. & l. Si quando, c. de inoff. testam. cum suis concordant. Deinde quia hoc mo-

do cessabit illud, quod alias sequeretur si Episcopi possent præcepto residentia satisfacere abique eo quod un- quam Ecclesiam Cathedralē & ipsam suam invenerint. De- nique quia cum præcepto divino mandatum sit omnibus Episcopis oves suas agnoscere, verbi gratia divini prædicatione, Sa- cramentorum administratione & honorum operum omnium exemplo pacere & in carera munia pastoralia incumbere, ut habetur in d. c. 1. non apparet quomodo hæc omnia impleri possint ab Episcopo qui ad villas & pagos divertit, nec unquam residet apud Ecclesiam suam. Cathedralē, ullat- que ibi functiones Episcopales exercet, nec præsentem agnos- cit oves, quarum pars major ut plurimum illic commo- ratur.

Quod satis indicant verba d. c. 1. Nam dum hortantur Episcopos ut certis temporibus suam Cathedralē Ecclesiam non deserant, eam residentiam asserunt, nempe quia illis diebus resici maxime & in Domino gaudere Pastoris presentia oves debent. Si ergo oves Cathedralis Ecclesie dictis temporibus debent maxime resici & Pastoris presentia gaudere, Ergo etiam viceversa Pastor debet eas resicere & permittere ut ejus presentia oves gaudeant. Idque dicendum est in præcepto esse, cum verbum, debet, regulariter necessita- tem importet, ut notatur, in lib. Sap. ff. de officio Praesid.

Neque his obstat, quod illic Concilium utatur verbis hor- tatoris, dum ait: Episcopi interim admoneant & in Domino hor- tatur, ne per illius temporis spatium Adventus, Quadragesimæ &c. sessi ab Ecclesia sua Cathedrali illo pacto absint. Quæ quidem verba cum non præceptum, sed consilium importent, obligationem non inducunt, cap. quod præcipitur, 14. quæst. 1. & 4. dist. 5. fin. Dec. in cap. Nam concu- piscerem, num. 20. de Constitut.

Nam respondeat primò verba hortatoria improprie quando subiecta materia est de præcepto, ut hoc casu textus est in 38 c. Rogo, atque ibi gl. 1. quæst. 3. & in c. 1. in ver. Hor- tamur, ubi gl. exponit, id est præcipimus, de testam. Ad idem gloss. in Clem. 1. in ver. Hortamur, de testib. & Abbas in d. c. Nam concupiscerem, num. 2. de Constit. Verò certè, ut ait ibi Dec. n. 31. verba hortatoria tunc non im- propriantur, quia non est inconvenientis aliquem hortari ad illud quod facere tenetur, c. Pervenit, 84. dist. Et idem verbum, rogo & verbum hortamur in locis præallegatis prop- ter intelliguntur & non inducunt præceptum, sed per alia jura materia præcepti esse dicitur, ut ibi per eum.

Deinde respondet verba hortatoria in Decreto Concilii esse conjuncta cum verbis obligationem importan- tibus, ut superius dictum est; unde tantum abest, ut per hanc admonitionem solvatur antiqua obligatio ut po- terius ex ea videatur renovata. Nam Concilium hor tatur Episcopus ut residerent in Cathedrali in illis diebus, in quibus maxi- me oves resici & gaudere Pastoris presentia debent, quod penitè est ac si illos adhortatum fuisset ut dictis diebus suam implerent obligationem apud Cathedralē Ecclesiam residen- di. Praefertim quia hoc ipsum fecerat ibidem paulò ante his verbis. Sacrosancta Synodus eos (id est Episcopos) admoneat & hortatur, ut divinatorum præceptorum memores facti que forma gregis in iudicio & veritate pacant & regant. Ecce igitur quemadmodum adhortationem à præcepto & obligatione Con- cilio non separavit. Quod & Pius IV. fecit in præalleg. Con- stitutione. De salute gregis, ibi: Episcopi ab Eccl. & Dia- cesibus suis absentes præcipiendo monemus.

Ac præterea observandum est verba illa Concilii eosdem interim admoneat, fortè non limitare regulam, quam prædis Concilium constituerat declarando Episcopos teneri ad per- sonalem in civitate, vel Diocesi residentiam, sed potius fu- blimitate limitationem, per quam superius immediate declarat licere Episcopis per duos, aut tres menses quotannis ab Ec- clesia abesse: tria enim ibi fecit S. Sinodus. Primò declarat obligationem residendi in civitate, vel Diocesi. Secundò, ins- dulget Episcopis, ut singulis annis duos, vel ad summum tre- mentes abesse possint. Tertio, hortatur Episcopos; ut non ta- men absent temporibus Adventus, Quadragesimæ & aliis ibi præscriptis. Quod penitè est ac si dixisset, etsi Episcopi possint quotannis per tres menses abesse, illos tamen hor- tamur, ut hac indulgentia minime utantur illis diebus in qui- bus maxime resici & gaudere Pastoris presentia oves debent. Ex hoc modo quamvis illa verba essent Consilii tantum, non tamen sequeretur quin circumscripta trium mensium indul- gentia Episcopi alias non tenerentur in dictis diebus apud suam Cathedralē residere. Prior tamen intellectus magis congruit verbis Concilii, quia in eodem vers. eosdem inter- im admoneat, non agitur de absentia à Diocesi, sed à Cathe- drali Ecclesia tantum, ut patet ibi, Ab Ecclesia sua Cathe- drali. Et clarius ibi: Nisi Episcopalia munia in sua Dio- cesi &c. Et consequenter non limitatur indulgentia, qua Episcopis abesse licet tribus mensibus extra Diocesim, ad l. Nam quod liquide, §. fin. ff. de pen. leg.

Itaque ad dubium videtur respondendum Episcopos tempo-

resid. c. Ex turæ. mum tres menses de antiqui Canonis ad unum ut in eodem casu & quæst. 1. vel ad duos ut in c. Si quis in Clero aliquantisper, non tamen verificatur sequentia, videlicet, quia statim revertitur sunt, nam qui abest per semestre tempus, utique non statim est reversurus, cum dictio statim, regulariter significet modicum temporis intervallum, ut est textus in l. Cum quidam, ff. de legat. 2. & in l. Si finio, §. Non autem statim, ff. de damn. infect. & notat Tiraque- l. in l. Si nunquam in ver. revertatur, num. 120. cod. de revo- cat. donat. & aliquando importat intervallum unius mensis ut no- tatur in l. Divortio facto, alias est l. fructus 7. §. Papianus in gloss. in ver. Statum, ff. sol. Matr. Tum quia absentia Episcoporum per sex continuos menses à Concilio non re- putatur brevis, ut patet sess. 6. c. 1. ibi: Si quis sex men- sibus continuis extra suam Diocesim morando abierit quartæ partis fructuum annis anni parvam esse incurret. Tum denique, quia magis relaxari potest nervus Ecclesiasticæ dis- cipline, manique detrimentum in spiritualibus & tempora- libus potest pati Ecclesia & pravi abusus & corruptelæ in Cle- ro & populo facilis introducti & diffisili eradici, si tri- menses temporibus absentia unius anni conjungatur cum trimetri causa non residendi, debeat uti mensibus per sanctum Concilium concessis & non istis ipsi contemptis; quatenus absentia causa dicitur, licentiam petere non residerent. An verò primò licentiam petere & ad aliorum usus reservare bime- tre, aut trimetre tempus à Concilio concessum.

Per Bullam sicut mem. Urbani VIII. super residentia Episcoporum, incipien. sancta Synodus, 27. alia 137. permit- titur, ut Episcopi ad effectum visitandi status terminis sacra Beatorum Apostolorum limina abesse possint à suis Ecclesiis per certum tempus, videlicet citra montes, vel mare exilientes per quatuor menses; alii vero, sec. hinc.

35 Tertio queritur, an Episcopi visitant sacra Limina in fine unius termini, v. g. in fine unius trienni possint imme- diate in principio sequenti trienni iterum visitare ac prout visitationis titulo abesse à sua Ecclesia per octo continuos menses. Quarto queritur, an Episcopo, qui antea per multum temporis, v. g. per decem continuos annos in sua Ecclesia resideret & vel ab ipsa vacatione per S. Concilium ex rationabili causa singulis annis permissa temper se abstineat, possit aliquando concedi facultas non residendi per aliquod tempus, licet non abire ulla causa ex approbati ab eodem S. Concilio Tridentino.

Ad primum Sac. Congregatio respondit, non posse, tum quia ejusmodi semestris absentia completitur illius temporis spatium Dominicæ Adventus & Quadragesimæ, quo ne à sua quidem Cathedrali, ne dum à Diocesi Episcopo abesse licet ut in Concilio Trid. d. c. 1. vers. Episcopi interim admoneat, sess. 23. & fuffus dictum est supra de num. 34. usque ad n. 40. Tum quia in eo, qui abest sex mensibus continuis non verificatur illud verbum aliquantisper, quo utitur Concilium in d. c. 1. dum ait: Quoniam autem qui aliquantisper tantum abijit ex veterum Canonum sententia non videtur abesse, cum Concilium illud retringat ad duos vel ad sum-

Ad secundum S. Congregatio consultis putavit nihil gene- raliter respondere. Sed ubi casus particulares acciderint 46 maturus deliberare.

Ad tertium respondit Episcopum, qui Beatorum Aposto- lorum limina visitavit v. g. in fine unius trienni, nequa- quam posse immediate in principio sequenti trienni iterum visitare ac prout nec visitationis titulo per octo continuos menses à sua Ecclesia abesse. Rationes hujus tertie resolu- tionis habentur in d. c. Ego N. n. 50. ubi plenè videtur, de jurejurand.

Ad quartum respondit non posse. Quam Congregationis sententiam S. D. N. ad se restatam in omnibus approbavit. 48





DE CLERICIS

NON RESIDENTIBUS.

Idem Gregorius IX.

CAPUT VII.

Clericos in Ecclesiis tuæ jurisdictionis beneficia, quæ residentiam exigunt, afsecutos, si ad alterius Diocesim absque licentia tua morandi causa transferint, licentia tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis (nisi excusationem rationabilem ostenderit) spoliare.

SUMMARIUM.

- 1 Beneficiatus non residens privat, si monitus non redeat nec justam excusationem alleget.
- 2 Clericus habens Beneficium residentiam requirens, non potest ad aliam Diocesim morandi causa transire sine sui Prælati licentia.
- 3 Licentia quid importet.
- 4 Beneficiatus absens, an & quando teneatur inseruire per Substitutum.
- 5 Indulta perpetua de non residendo etiam ex justis & rationabilibus causis concessa non suffragantur.
- 6 Beneficiatus an & quando ad breve tempus ad aliam Diocesim transire possint sine licentia Episcopi.
- 7 Beneficiatus, quibus ex causis à residentia excusentur.
- 8 Infirmitas, an excuset Parochum à residentia & nam. seqq. usque ad num. 16.
- 9 Et quid si in morbum incidat extra locum Beneficii.
- 10 Et quid si infra limites Parochie.
- 11 Et quid si desit ibi copia Medicorum medicinarum.
- 12 Et quid si oporteat Calum mutare vel ire ad balnea.
- 13 Parochus qui ad curandam valetudinem morbo gravi instanti sine licentia abscessit, an sit liber à culpa & pena amissionis fructuum.
- 14 Parochi non excusantur à residentia ob eandem causam ob quam excusantur Canonici & nam. sequentibus usque ad num. 22.
- 15 Senectus non excusat Parochum à residentia.
- 16 Episcopo non licet pro Cathedrali Ecclesia servitio vel suo aliquem ex Curatis extra istorum curam adhibere.
- 17 Nec pro visitatione Diocesis, nisi pro tempore à Concilio permisso; & tunc constituto in Parochiali idoneo Vicario.
- 18 Nec pro Vicario foraneo vel servitio Seminaris.
- 19 Nec pro cura Monasteriorum Monialium, etiam ob Sacerdotum penuriam.
- 20 Episcopi de Jure communi dispensare possunt cum Parocho, ut ad septennium studiorum causâ abesse possint & interim non teneantur ad Sacerdotium promoveri.
- 21 Et quid post Concilium Tridentinum.
- 22 Inimicitia an excuset Parochum à residentia.
- 23 Recusari potest locus ubi sunt inimici vel eorum domestici seu amici.
- 24 Inimicitia capitalibus non debet quis se committere, etiam cum litteris salvi conductus.
- 25 Congregationis Concilii filius in licentia non residendi inimicitiarum causâ.
- 26 Parochus, si inimicitia sint verisimiliter duratura, inducendus est ad resignandum vel permutandum.
- 27 Panitur quis sine culpa, sed non sine causa.
- 28 Parochus leprosus ab administrationis Officio removetur, sed de bonis Ecclesie sustentatur.
- 29 Inimicitia graves & gravissima seu capitales, que di-

- 30 cantur.
- 30 Odium Parochianorum non est sufficiens causa non residendi.
- 31 Lis super Beneficio, an excuset Parochum à residentia & nam. seqq.
- 32 Lite pendente super titulo Parochialis, non tenetur Parochus ad Sacros Ordines promoveri.
- 33 Parochus an licite abesse possit, ut se defendat in causa criminali in qua fuit condemnatus ab Ordinario.
- 34 Acrio intemperes, an Parochum à residentia excuset & nam. 48.
- 35 Titulus de Clericis non residentibus, in quibus Beneficiis procedat.
- 36 Pestis tempore, an Parochi teneantur residere in suis Parochialibus & Sacramenta per seipso ministrare Parochianis suis eo morbo infectis & nam. seqq. usque in finem.
- 37 An si id non faciant, possint statim privari, non expressa tempore à Jure præfixo, num. 41. & 45.
- 38 Parochi an teneantur ministrare infectis peste alia Sacramenta quàm Baptismi & Penitentia, num. 40. & 45.
- 39 Et an per se vel per alium & num. 45.
- 40 Archiepiscopi Florentini Sententia de obligatione Parochorum tempore pestis.
- 41 Pestis tempore, adversus Parochos non residentes, que forma sit procedendum & nam. 45.
- 42 Parochus abesse possit ex causa pestis, sicut ob capitale inimicitias, conjunctis multis ex Theologis & Canonistis & nam. 49.
- 43 Episcopus qua temperata adhibere debeat, ut peste laborantibus Sacramenta ministrarent.
- 44 Conjectura laudabilis, ut Principes & Magistratus tempore pestis Ministros Sacramentorum conducant mercede ex arario.
- 45 Gregorius XIII. Decretum de Parochorum residentia tempore pestis.
- 46 Episcopus pestis tempore, an continuò residere Parochis infectis & Sacramenta ministrare teneatur.
- 47 Et an ad aliquem suæ Diocesis partem in qua pestis non vigeat, se conferre possit.
- 48 Parochus cur excusetur à residentia propter inimicitias & non propter pestem.
- 49 Episcopus potest eedere Episcopatus, si in Diocesi non possit secure morari, vel propter acrio intemperem vel propter inimicitias.
- 50 Prælati potest fugere, cum specialiter queritur à persecutoribus; & salus animarum per alia tuta esse potest.
- 51 Secus si periculum omnibus imminet.
- 52 Pastor animarum, ubi necesse fuerit, tenetur mortem subire pro ovibus suis.

Clericos. Privatatur Beneficio Clericus non residens, si monitus non redeat nec justam excusationem alleget. Hoc dicit. Nec patitur divisionem propter unam verborum structuram.

Nota primò, Clericum habentem Beneficium quod per-

sonalem residentiam requirit, non posse licite ad aliam Diocesim morandi causa, transire sine sui Prælati licentia nec illuc esse recipiendum, cap. Primatus cum tribus seqq. 71. dist. & cap. Fraternalitas supra eodem. Unde à contrario sensu infert Abbas in 1. notab. ut de licentia Prælati licet

Beneficiatus ad aliam Diocesim se transferre, etiam morandi causa, quod tamen limitat duobus modis. Primo, dummodo licentia fuerit concessa ex justa causa; hoc enim indicat verbum licentia, que non nudam voluntatem importat; sed concessionem ex rationabili causa factam, ut notat Bart. in Extravaganti ad reprimendam & in lege alio hærede, num. 8. ff. de aliment. & cibari. legat. licet Innocentius aliud sentierit in cap. Cum ad Monasterium in fine de statu Monachorum; nam licentia derivatur à verbo licet quod importat arbitrium boni viri, ut declarat ibi Bart. & idem Abbas in cap. prox. in 3. notab. num. 4. supra eodem. Secundo limitat, dummodo Beneficiatus absens inseruiat Ecclesie suæ per Vicarium seu Substitutum; & hoc ultimum sublimitat, dummodo Beneficiarius habeat unicum Rectorem; quia hoc casu Ecclesia carere non debet Ministri suffragio, ut in cap. Cum ex eo de elec. in 6. & in Decreto Concilii Trident. cap. 1. vers. Eadem omnino, sess. 23. ibi. Ita tamen ut quodcumque eos, causa prius per Episcopum cognita & probata abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum cum debita mercede assignatione relinquant. At secus est in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, quia cum sint alii Ministri & Servientes qui possunt supplere vias absentes, Canonici vel alius Præbendatus ex justa causa absens de licentia Episcopi non tenetur inseruire per Substitutum, argum. cap. prox. supra eodem; & ita sequitur sententia Sacra Congregatio Concilii. Nisi forte Canonico ex Legato vel Capellania eidem annexa incumberet onus celebrandi Missas, quia tunc ex ipsius Congregationis Sententia teneatur huic oneri per Substitutum satisficere.

Ultra limitationes Abbas, supra dicta conclusio limitari potest terò: dummodo licentia morandi in aliena Diocesi concedatur Beneficiato ad tempus, secus si in perpetuum, & dicitur in cap. fin. de re script. in 6. & hodie est expressum in Decreto Concilii Tridentini, cap. 3. sess. 6. ubi præservantur Indulgentie temporales de non residendo & fructibus in absentia percipiendis ex veris & rationabilibus causis tantum concessæ; & abrogantur perpetuæ; & statuitur ut privilegia hujusmodi fore indulta perpetua, nulli suffragentur.

Secundò nota illi, morandi causa, à contrario sensu Clericum beneficiatum posse ad aliam Diocesim transire, etiam sine Prælati licentia, si transeat non morandi causa, sed ad breve tempus, quia ex veterum tantum sententia, qui aliquantisper tantum absunt, non videntur abesse, quia statim revertuntur sunt; ut legitur in decreto Concilii Trid. cap. 1. vers. Quoniam autem sess. 23. Ad hoc c. Quamò 63. dist. c. Nam & ego; de error. signif. 1. Item corum. §. 1. ff. Quod casusque universis. l. Si pro Patre, §. Verum, ff. de in rem. vers. Cum aliis allegatis, in gloss. in c. Ad nostram in ver. Statim penitus de Regular. Quamò tamen est verum quod obtinentes Dignitates, Canonicias, vel Portiones in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, quibus licet singulis annis tredecim ab Ecclesia abesse ad præscriptum Conc. Trid. in c. 12. §. Præterà sess. 24. abique licentia Episcopi vel Capituli ut S. Congregatio declaravit. Item hoc est verum in Episcopis, qui abesse possunt quotannis æqua ex causa duos vel tres menses abique licentia Pape vel Metropolitanæ, ut in d. c. 1. vers. Quoniam verò sess. 23. At secus est in curatis inferioribus, qui nec duos menses, imò nec per hebdomadam abesse possunt, nisi causa absentie prius per Episcopum cognita & scripta plenius, ut in c. Relatum n. 20. & seqq. & n. 23. & 49. supra eodem.

Ultimò nota est sine litteræ adveniens beneficiatum absentem non posse procedi ad privationem vel alias penas, si rationabilem non ostendat excusationem, concordat d. c. Relatum c. Ex parte, il. 1. & c. Inter quatuor supra eodem.

Quero, que sint causæ rationabiles excusantes Clericos beneficiatos à personali residentia.

Gl. fin. exemplificat primò in infirmitate, deinde in capitalibus inimicitias, ac demùm generaliter in alia quacumque justa causa & DD. ponunt exemplum in specie in intertempore acrio; in fractione pontis & in aliis impedimentis, de quibus Holt. in ver. Excusationem. Sed tu distingue. Nam quedam sunt beneficia, que curam animarum non habent annexam, puta Dignitates, Canonicias, Præbende & Portiones in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis vel alia simplicia beneficia que ex fundatione, privilegio, statuto vel consuetudine personalem residentiam requirunt ut in decretis Concilii Tridentini c. 12. §. Præterà sess. 24. c. 2. sess. 25. Et de his die, ut scripsi latissime in c. Licet infra tit. prox. Quedam vero sunt beneficia que animarum incumbunt, puta Parochiales Ecclesie, ut in c. Extirpanda, §. Qui vero infra de præbend. vel Vicarie perpetua, ut in c. fin. supra de offic. Vicar. & qua non omnes causæ, que excusant Canonicos à personali residentia, æquè excusant obtinentes beneficia curata, in quibus obligatio residentie est multò arctior, ut dicit in d. c. Ex parte, il. 1. supra eodem.

& patet infra n. 15. Idcirco de his specialiter.

Quero primò, utrum infirmitas excuset Parochum à residentia?

Breviter duo casus sunt distinguendi. Primus est cum Parochus absens extra locum beneficii in morbum incidit & hoc primo casu manifestum est eum non teneri redire ad residentiam, ac si procederetur contra eum non fieret illi prejudicium. Casus est ad litteram in c. Præsentium 7. qu. 1. Et ita intelligi gloss. ult. hie, dum dicit, puta quia erat infirmus, quare venire non potuit. Acque ita supponit beneficiatum in infirmitatem incidisse extra residentiam juxta terminos dict. can. Præsentium, quem allegat & hoc est clarum.

Secundus casus est, cum Parochus aegrotat in loco residentie, seu infra limites Parochie suæ & tunc Sacra Congregatio Concilii declaravit infirmitatem non excusare Parochum à residentia. Sed si infirmitas sit curabilis & in loco Parochialis non sit copia Medicorum, medicinarumque; possit ab Ordinario dari dilationem trium, aut quatuor mensium Parocho aegrotò, ut curari possit in locis vicinioribus & commodioribus; interim tamen per ipsum Ordinarium deputato idoneo Vicario ad curam dictæ Parochialis cum assignatione congruæ portiois ex ipsius Parochialis redditibus. Idem dicendum esset si Parochum infirmum ex Medicorum consilio oporteret eorum mutare ad breve tempus vel ire ad balnea ut post Cajet. & Sot. dixi in prædicta Decretali, Ex parte n. 77. supra eodem. Verùm si abcederet sine licentia non excusaretur. Nam proposito dubio, an sit liber à culpa & à pena amissionis fructuum, qui veluti per quatuor mensium spatium ex urgenti admodum causa ad curandam valetudinem morbo gravi instante à Parochiali recessit & ad hujusmodi absentiam non petiit licentiam ab Episcopo, quia bona fide putavit evidenciam causæ satis esse: S. Congregatio censuit non esse liberum, nisi periculum fuisset in mora petendi licentiam.

Non obstat, c. Ad audientiam sup. eod. & c. unicum, 15. de Cler. non resid. lib. 6. ubi infirmitas justam præbet excusationem non residendi. Quoniam illa jura loquuntur in Canonici, qui morbo impediti non tantum habentur pro residentibus, sed etiam pro interessentibus & lucrantur sine diminutione quotidianas distributiones. Sed alia est causa obtinentis beneficia curata & Pastorum animarum quorum residentia, ut prædicti, multò arctior & strictior est, ut in decreto Concilii Tridentini c. 1. sess. 23.

Hinc S. Congregatio censuit Canonici senio confectis deberi in absentia quotidianas distributiones, si alias residere sint soliti; & tamen declaravit Parochos non excusari à residentia propter senectutem.

Similiter Episcopi ut possunt opera duorum Canonico- rum pro servitio suo & Ecclesie, & c. De cetero, & c. Ad audientiam supra eodem. Unde eorum ministerio ut possunt in visitatione Diocesis, pro servitio Seminaris, pro cura Monasteriorum Monialium, & pro aliis muneribus, ut fultus dixi ex ipsius Congregationis sententia in c. Licet n. 106. & seq. infra tit. prox. Et tamen consulta an licet Episcopo pro Cathedrali Ecclesie servitio vel suo aliquem ex curatis extra ipsorum curam ad certa negotia adhibere constituto in illis etiam Vicario idoneo; respondit non licere. Item censuit Episcopum non posse uti opera Parochi in visitatione suæ Diocesis, nisi pro tempore à Concilio permisso, quia tamen idoneus Vicarius erit in Parochiali deputandus. Et iterum suborto dubio an Episcopus possit dare licentiam Parocho ut non residet, ut ejus opera utatur pro Vicario foraneo, vel servitio Seminaris. Respondit non posse. Et Episcopo Burgi S. Sepulchri declarari postulante, an cum in civitate sua pauci Sacerdotes essent & quatuor Monasteria magni Monialium numeri, posset aliquos Parochos ad curam Monasteriorum adhibere, ita ut ex hac causa liceret eis eorum Ecclesiis abesse; Respondit non posse, sed faciendum verbum cum Sanctissimo qui tenet.

Demùm, etiam Canonici ad quinquennium de licentia Episcopi abesse possunt studiorum causa & in absentia percipere fructus præbendarum suarum, ut in c. fin. de magistr. & in dict. cap. Licet de præben. tamen Parochi abcedendi licentia ex hac causa jam non concedatur à locorum Ordinariis cum Parochiales Ecclesie prævia forme examinis per concursum magis idoneis sint conferendæ ad præscriptum Concilii Trid. in c. 18. sess. 24. & Constitutionis Pii V. que incipit, In conferendis. Licet ex dispositione Decretalis, Cum eo. de elec. lib. 6. possint Episcopi dispensare cum obtinentibus Ecclesias Parochiales, ut ulque ad septennium abesse possint & interim non teneantur ad Sacerdotium promoveri.

Imò nec S. Congregatio ejusdem Concilii interpres ejusmodi licentias impertiri solet, nisi admodum raro & personarum ac locorum qualitatibus probè perspectis. Unde cum Stanislaus clericus Uladislavienis Diocesis ex nobili genere procreatus, qui Parochialem Ecclesiam in Diocesi Gnesnensitam obtinebat, petisset ut sibi liceret per triennium in pa-

diversum, sed continue casum precedentem de Clericis inferioribus, juxta alium intellectum glossæ in verbo Spoliari. Hinc colligitur Episcopum non arctari præcedit ad procedendum contra Beneficiarium non residentem per viam privationis Beneficii; sed esse in opinione ipsius procedere etiam per subtractionem fructuum & censuras Ecclesiasticas, ut hic notant Imola & Joannes de Anan. quos sequitur Mantica in præleg. de c. 67. n. 6.

Quod procedit etiam contra Parochos non residentes in terminis Concilii Tridentini. cap. 1. verò. Quid si per editum, sess. 23. ponderando illa verba liberum esse vult Ordinarius &c. Et quamvis oppositum videatur declarasse Sacra Congregatio contra Parochos non residentes tempore pænit. ut dixi in c. fin. num. 41. & 45. infra eodem. Fortè tamen ita censuit in illo speciali casu, quia erat admodum controversum inter Theologos & Canonistas, an pænit tempore Parochi tenerentur personaliter residere, ut ibi dixi num. 42. & 49. unde contra absentes existimavit non esse illicito procedendum ad privationem Parochialis; sed prius expediendum esse alia remedia censurarum & subtractionis fructuum; verum extra illum casum generaliter consultatum sit ad arbitrium Episcopi, quæ viâ & quo remedio ubi voluerit contra non residentes; nempe vel censura vel sequestratione & subtractione fructuum vel privatione. Respondit ita esse idemque patet ex decisione edita in causa Imoleni: de qua infra, numero trigesimo.

Quæro, an forma procedendi adversus Parochos non residentes à Jure communi præscripta immutata fuerit Decretis Concilii Tridentini, capite primo, sessione 6. & capite primo, sess. 23.

Dispositio Sacra Sinodus in cap. 1. sess. 6. adversus Episcopos non residentes, ut prius sex mensibus eorum absentie in penam amissionis quartæ partis fructuum unius anni ipso jure incurrant. Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverint, aliam quartam partem fructuum similiter eo ipso amittant. Crescente verò contumacia, præscribitur quæ forma sit contra eos procedendum ad graviora remedia. Deinde in c. 1. sess. 23. interpretatur primò dictum Decretum & statuit ut ejus prætextu non liceat Episcopis ultra tres menses quolibet anno abesse, alioquin præter mortalis peccati reatum quem incurrant, pro rata temporis absentie fructus suos non faciant. Postremò eadem omnino quoad culpam, amissionem fructuum & penam de Curatis inferioribus declarata & decernit, ut in §. Eadem. Quo loco, cum nihil statutum fuerit de modo procedendi contra inferiores Curatos; consequens videtur esse, ut servari debeat veterum Canonum dispositio: de qua præcipue in hac Decretali, cum eam Concilium non immutaverit; Nam correctio Jurium vitanda est, c. Cum exordiat de elec. in l. 6. lege præcipimus in fine, cod. de ap. lege fin. cod. de inoff. test. & quod non mutatur, stare non prohibetur, lege Sancimus cod. de test. Quod si Concilium voluisset modum procedendi circa Curatos inferiores præscribere, utique expresse disposuisset, sicut de culpa, pena & fructuum amissionem disposuit. Ad hoc cap. Inter corporalia ibi, si circa transpositionem id fieri voluisset quod de cessione dicitur & de translatioe poterat expressisse, de translat. Episc. ad idem textum in c. ad audientiam de decim. & in lege unica, §. Sin autem ad deficientis, cod. de caduc. tollen. quod igitur non est Sanctorum Patrum Decreto sancitum, superfluum non est adventionibus præsumendum, ut in dicto capite secundo & in capite Consultasti 2. quæst. 5.

Præterea intentio finalis Sacre Sinodi in d. c. 1. sess. 23. fuit occurrere negligentie Pastorum non residentium illoque distinctius arctare, ut Gregi sibi commissio sedulo invigilarent. Et propterea non est inferendum, ut intervalla longiora Episcopus procedens contra non residentes servare teneatur, quam de Jure Canonum prius statuta fuissent, alioquin inducitur ad effectum conagultandi licentiam non residentium, eorumdem habentem laxarent, quod esset absurdum, ut per Baldum cons. 472. num. 2. verò. Sed ubi apponitur, lib. 2. & Angel. cons. 66. verò. Clausula enim. Siquidem quod statutum fuit ad penam trahi non debet ad gratiam, d. c. Inter corporalia, verò. Nec quod de cessione, de translat. Episc. & generaliter in d. c. 1. sess. 23. in verò. Quid si per editum eadem tribuatur facultas Ordinarius compellendi non residentes per censuras Ecclesiasticas vel sequestrationem & subtractionem fructuum: sequitur ut quemadmodum nihil est immutatum in modo procedendi quando eligitur via censurarum, ita nec quidquam novi sententiam inducitur, quando proceditur per fructuum subtractionem; una enim determinatio respiciens plura determinabilia, debet illa æqualiter determinare, lege jam hoc iure, §. finali, ff. de vulgar. & pupil. textus in lege fin. & ibi Bartolus cod. de sententiis. Dec. in c. novis. num. 56. supra de judic.

His accedit quod in eodem c. 1. sess. 6. Concilium tantum de majoribus Prælati disponit, ut patet ex illis verbis: ab his qui majoribus Ecclesiis præstant, initium censuræ esse sumendum, ergo sequens dispositio applicari non potest Parochis, cum verba posita in proemio indicent & ostendant animum disponentis, lege fin. ubi Bart. & omnes, ff. de heredum institutione, lege finali ad Macedoniam cum concordantibus.

Postremò, difficultus & majori deliberatione proceditur contra Archiepiscopos & Episcopos quam contra Parochos; quamvis enim Parochus absens & ter citatus intra sex menses non reverfus privari per Episcopum valeat, ut hic, Episcopus tamen non potest per Archiepiscopum deponi & privari, d. c. Inter corporalia de translat. Episc. Concilium Tridentini, c. 5. sess. 23. & d. c. sess. 6. & dictum est supra in ultimo notab. idobque Episcopi non aliter coercentur ad residentiam quam si per Superiorem citati Papam excommunicatione & suspensione feriatur, ut hic patet in §. Contra eos secundum communem intellectum, de quo supra in principio & in ultimo notabilis; & non respiciuntur privatur per Summum Pontificem vel ejus specialiter Delegatum & hic per Abbaten num. 9.

Quamobrem non est præteranda dispositio loquens de Episcopis ad Parochos in quibus minor ratio viget & minus detrimentum & scandalum asserit inconflata coercitio vel privatio, quia qualitas opposita circa aliquas personas primò nominatas, non censetur repetita quoad alias personas postea nominatas, etiam in eadem oratione & tractata verborum, lege ultima, §. Sero, ubi Bartolus de lege 2. Ita Alex. cons. 158. num. 2. lib. 6. Alicit. præsumpt. 36. n. 25. verò. Tertio quia. Socin. jun. cons. 142. num. 22. lib. 3. quod multò magis dicendum est in casu præsentis in quo qualitas modi procedendi circa Episcopos fuit appollita in capite 1. sess. 6. & propterea non debet censeri repetita quoad Parochos nominatos in capite Diverso, nempe in capite primo, sessione vigesima tertiâ.

Nec refragantur verba illa eadem omnino &c. tum quia non est absurdum ut dictio idem denotet identitatem in genere & diversitatem quoad specificas qualitates, glossa in cap. fin. de magistr. Alex. in lege 2. in fine, ff. si cert. petat. tum etiam quia illa clausula eadem omnino posita proprie in capitulo, refertur quidem ad præcedentem capituli contextum, lege Talis scriptura, §. fin. ff. de legat. 1. c. Inquisitioni in fine de appell. Felin. in c. Causam que de referit. cum sim. sed non ad c. 1. sess. 6. separatim, Bart. in dicta lege Talis scriptura: præsertim cum capitulum illud sess. 6. circa modum procedendi sit diversum à Sacrorum Canonum dispositione, glossa in dicta lege Talis scriptura. §. 1. Antonius Gabriel in titulo de clausula numero quinto, ubi ex his ampliâ, etiam clausula in fine posita refertur se in genere ad omnia præcedentia.

Cæterum, his non obstantibus, oppositum declaravit Sacra Congregatio Concilii Tridentini Interpres; orta enim dubitatione, an Episcopus procedens per subtractionem fructuum adversus Parochos non residentes juxta Decretum, cap. 1. §. eadem omnino, sess. 23. teneatur observare eadem intervalla eademque rationem que contra Episcopos non residentes statuitur in cap. 1. sess. 6. censuit Episcopum quoties in penam omittit residentie vult Parochi subtrahere partes fructuum, quos residendo suos fecerunt, debere servare quoad intervalla & quoad quotas præscriptum Concilii, cap. 1. sess. 6. in executione autem faciendi super illis fructibus quos idem Parochi pro rata temporis absentie, suos non fecerunt; nec tutâ conscientia retinere possunt ex Decreto, cap. 1. sess. 23. §. Si quis autem, Episcopum non debere sequi intervalla de quibus in dicto capite, sessione 6.

Considerationes verò supra in contrarium adducte, facile diluantur si verba d. c. 1. in verò. Eadem sedulo expendantur. Nam cum Sacra Sinodus prius egerit de residentia Episcoporum, postea subiungit. Eadem omnino etiam quoad culpam, amissionem fructuum & penam de Curatis inferioribus declarat & decernit. Ex quidem de culpa, id est de mortali reata quem incurrant non residentes; & de amissionem fructuum quos in absentia suos non faciunt; & de amissionem cap. 1. sess. 23. in verò. Si quis autem. At verò de aliis poenis ibi nihil novi statuit; sed tantummodò innovavit poenas adversus Episcopos non residentes sub Paulo III. impostas, id est in c. 1. sess. 6. Si igitur Concilium in dicto verò. Eadem, extendit dispositio circa Episcoporum residentiam ad inferiores Curatos, non tantum quoad culpam & amissionem fructuum, sed etiam quoad penam; & de poenis nihil disposuit, nisi in d. c. 1. sess. 6. utique hinc necessariò sequitur ut poena Episcopis non residentibus ibidem inflicta locum habeat etiam in Curatis inferioribus; & consequenter etiam in ipsis servanda erunt temporum intervalla in poena privationis fructuum ibi præfixa. Nam poena illa licet in genere repetita in dicto verò. Eadem: tamen cum sit unica, censetur nominatim expressa, ut lege 2. ff. de lib. & postem. & infra, de ex-

heredit. lib. 5. Nominatim. Præterea est clausula posita in dicto verò. eadem, non esset referenda nisi ad contenta in eodem cap. 1. sess. 23. tamen cum ibi innoventur poenæ impostæ in d. cap. 1. sess. 6. perinde est ac si poenæ hujusmodi essent in posteriori Decreto insertæ, quia lex innovata inest legi innovanti, non secus ac si illius tenor esset in ea insertus, c. Cum dilecta de confir. util. vel inutil. glossa in c. Ut litigantes in verbo Statuimus de Offic. Ordin. in 6. Doctores in Clem. Dudum de sepulc. arque ita cessant conjecturæ omnes adductæ in oppositum de correctione veterum Canonum, & de mente Concilii & de clausula in fine posita. Quoniam verba Concilii clara non admittunt interpretationem neque voluntatis conjecturam, lege Licet Imperator, ff. de legat. 1. Abbas consilio 97. viso instrumento, numero primo, verò. Et primò quia, libro secundo. Socius consilio 13. num. 38. lib. 1.

Concludendo, dic Juris communis dispositionem adversus Parochos non residentes, de qua præcipue in hac Decretali, in multis fuisse à Concilio immutatam & alteratam. Primo enim fuit immutata in eo quòd Parochus non residens, de Jure communi non perdit fructus ipso jure, sed procedi potest contra eum per fructuum sequestrationem seu privationem, ut dictum est supra num. 18. at verò post Concilium non solum non facit fructus suos pro rata temporis absentie, ut in d. c. 1. sess. 23. sed etiam si abfuerit ultra sex menses, incitit ipso jure in penam privationis quartæ partis fructuum unius anni ipsammet Episcopis in d. c. 1. sess. 6. & innovatam in c. 1. sess. 23. in verò. Si quis autem & ampliata ad Curatos inferiores in verò. eadem. Quòd si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverit, aliam quartam partem fructuum, ut supra eo ipso amittit; ut in d. c. 1. sess. 6. & quamvis integrum sit Episcopo procedere, etiam ad privationem Beneficii, tamen si elegerit procedere per subtractionem fructuum, teneatur observare illa temporum intervalla; nec potest illo ad privationem tituli procedere. Unde cum Episcopus Imolen. privasset Rectorem Parochialis quia non residebat & Rector Sacram Congregationem Concilii adiecit, Respondit, privationem esse nullam & retinendum Rectori Parochialem, quia in ultimo præcepto ante sententiam, quo illum ad residentiam vocaverat, comminatus fuerat Ordinarius fructuum amissionem & non privationem Parochialis.

Deinde forma procedendi, contra Parochos non residentes à Jure præscripta, fuit à Concilio immutata in eo, quòd de Jure communi Parochus si citari ubi sit, citari non potest per editum, sed citari debet personaliter, ut ostensum est supra num. 4. & 9. At per Concilium citari potest per editum, etiam non personaliter, ac si contumax fuerit, privari etiam Parochialis, ut patet in d. c. 1. sess. 23. ibi, Quod si per editum citati, etiam non personaliter, contumax-

ver fuerint. liberum esse vult Ordinarius per censuras Ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem compellere. Et verba illa, usque ad privationem, S. Congregatio declaravit esse intelligenda inclusivè.

Tertio, fuit immutata in eo quòd de Jure communi beneficiarius latrans citari debet tribus edictis, ut patet hic in textu. At post Concilium sufficit indistinctè unicum edictum peremptorium cum competenti termino ad redeundum, cum non requiratur trinum, sed simpliciter dicat, per editum citati.

Quarto, fuit immutata in eo quòd de Jure communi de Jure communi debent per præconem solemniter publicari, secundum opinionem host. & aliorum, de qua supra, num. 9. Secus post Concilium, quod hanc solemnitatem publicationis non exigit. Unde laus est, ut editum affigatur valvis Ecclesie, secundum ea que dicta sunt supra in 1. notab.

Demum immutata fuit in eo quòd de Jure communi Parochus si ignoretur ubi sit, post trine citationis edictum potest illic privari beneficio, sed expectari debet per sex menses, ut hic est casus. At post Concilium citatus si sit scitur ubi sit, five non, lapso termino eidem præfixo, statim privari poterit. Nam cum ex Concilio edictum succedent loco citationis personalis & quemadmodum personaliter citatus non est expectandus per sex menses, sed statim potest privari, ut in c. Ex parte, il 1. & in c. seqq. supra ed. & infra in c. fin. & dictum est supra num. 8. ita & citatus per editum. Ex quibus patet hanc Decretalem in primo responso per Tridentinum Concilium ferè in omnibus abrogatam fuisse quoad Parochialem & Collegiatam Rectores. Quo verò ad obtinentes dignitates, Canonicas, vel Portiones in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, similiter patet primum responsum hujus Decretalis fuisse immutatam in eo quòd ex Concilio, antequam beneficio privari possint, expectandus est lapsus trium annorum, ut ostensum est supra num. 14. Verum transacto tertio anno, si ignoretur ubi sint citandi erunt trine citationis edicto, & postea expectandi erunt per sex menses, juxta formam hic præscriptam, quam Concilium non immutavit, imò expressè præservavit in d. c. 12. §. Præterea, sess. 24. ibi, Contra eos juxta Sacrorum Canonum Constitutiones procedatur, id est beneficio priventur ad eum modum, quo sacri Canones præscribunt.

Supersit igitur, ut forma procedendi contra Clericos non residentes præfixa in hac Decretali ad unguem servari debeat tantummodo quoad eos qui obtinent simplicia personalia residentiam requirentia extra Cathedralis, & Collegiatis Ecclesiis.



DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

Idem Innocentius III. Altsiodorensi Episcopo.

CAPUT XII.

Tuæ fraternitatis discretio postulavit: & infra. Quævisisti præterea, ut cum interdu Canonici, quibus studiorum gratia est indultum, ut in absentia sua fructus percipiant præbendarum suarum, accepta licentia se ad villas transferant vel castella, in quibus nullum est, vel minus competens studiorum exercitium, utrum præbendarum suarum fructus sint talibus conferendi? Ad quod breviter respondeamus, eis qui hujusmodi fraudem committunt, [cum fraus & dolus nemini debeat patrocium impertiri] præfatam indulgentiam competere non debere.

SUMMARIUM.

- 1. **P**rolegiatum ut abfens in studio fructus prebenda recipiat, existens in villa, vel castello, ubi nullum est, vel minus competens studium, privilegio non utitur.
- 2. **L**icentia Prælati, & privilegium requiruntur ad hoc, ut abfens in studio fructus prebenda percipiat.
- 3. **E**t licentia non sufficit petita, nisi etiam sit obtenta.
- 4. **Q**uod si prælati eam denget, adeundus est superior, ut eam dare compellat.
- 5. **P**rælati inferior, an Curati Ecclesiarum sibi subiectarum dare possit licentiam non residendi, & num. seqq. usque in fin.
- 6. **C**apitulum ex præscriptione, vel privilegio potest in certis Ecclesiis sibi acquirere iura Episcopalia exclusio Episcopo.
- 7. **E**cclēsia pleno iure subiecta dicitur, in qua quis habet ordinarium, & quasi Episcopalem jurisdictionem.
- 8. **T**ridentinum Concilium ubi loquitur de concernentibus jurisdictionem, non intendit eam uni auferre & dare alteri.
- 9. **T**he Privilegiatus quod abfens in studio fructus prebenda percipiat. Studens in studio particulari, privilegio non utitur. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. Imol. Joan. de Anan. & Alex. de Nervo. Vel sic secundum Abb. Privilegiatus ut abfens in studio fructus prebende recipiat, existens in villa, vel castello, ubi nullum est, vel minus competens studium, privilegio non utitur. Hoc dicit, & sunt duæ partes. Quæstio & responsio, secunda ibi, Ad quod.
- 10. **I**n textu ibi, studiorum gratia est indultum, iunctis verbis, accepta licentia; nota duo copulative esse necessaria ad hoc, ut abfens studiorum causa percipere possit fructus prebendarum suarum. Primum est, ut super hoc habeat indultum, seu privilegium. Secundum est, ut habeat licentiam Prælati sui, prout hic notant Joan. Andr. num. 1. in ver. Fructus, ubi contra Archidiaconum in c. De quibusdam in fin. 47. dist. concludit non sufficere licentiam, quam dat Episcopus existendi in studio, nisi etiam sit studium in hoc privilegium, nec licentia est superflua, quia operatur, ut patuit non posse, quia non revidet in beneficio, Butr. in 1. notab. Cardin. n. 7. in 5. q. Imol. num. 1. Anchar. n. 7. Abbas n. 3. Joan. de Anan. n. 2. vers. Nota quod habet privilegium, & Alex. de Nervo. in r. notab. & scripsi plenius in c. Relatum supra eod. Et indultum intelligitur, vel ab Episcopo vel à Papa, ut dicit gloss. 1. hic, vel à iure, ut in c. Super specula, de Magistris, vel ex consuetudine, arg. c. Avaritia, de prebend. & c. Cum omnes de Constit. vel ex Constitutione Ecclesie, ut c. Cum dilectus, infra eod. vel ex privilegio speciali, ut hic, & in c. Cum ad hoc infra eod. secundum Host. & Joan. Andr. lito. num. 1. in ver. Indultum, & omnes, ut attestatur Felin. in c. final. num. 3. vers. Sexta limitat. de Magistris, & licentia debet esse obtenta, ut probat hic littera ibi, accepta, & sic non sufficit petita, ut hic, & in c. Relatum supra eod. & notat Host. hic num. 1. in ver. Licentia, & Joan. Andr. num. 2. in ver. Accepta, Butr. n. 7. Abb. n. 3. & reliqui omnes. Si tamen Prælati sine causa contradiceret, possit haberi recursus ad Superiorem, ut eum compelleret licentiam dare, arg. c. Nullus, de Jurapat. secundum Host. hic n. 1. Joan. Andr. n. 2. Abb. n. 3. & Felin. loco citato. Nec obstat c. Licet infra de Regular. ubi pro transitu Religiosi ad iudicium Ordinem sulicit licentia petita, licet non obtenta. Quoniam illud est speciale favore Religione, secundum Gosfred. & Joan. Andr. ubi supra, vel secundum Host. in d. c. Licet n. 11. talis à Spiritu Sancto intelligitur absolutus à licentia impetranda, qui et spūat, ut transeat: ergo et tanquam Superiori obediendum est, c. Qui restit. 11. q. 5.
- 11. **P**otest cum decreto Concilii Tridentini c. 1. §. Eadem omnia suff. 23. cautum sit, ut cum inferiores Curatos à suis Ecclesiis ab esse contingerit, causa debeat esse ab Episcopo prius cognita, & probata, & licentiam in scriptis, gratissime concedendam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa non obtineant: Ex facto quæsitum est, An Capitulum Civitatem. Vicariis Ecclesiarum sibi subiectarum possit ejusmodi licentiam impertiri, necne.
- 12. **P**ro dubio solutione supponendum est primo de iure, quælibet inferiorem posse sibi acquirere jurisdictionem quasi Episcopalem in aliqua Ecclesia private ad Episcopum, vel præscriptione, vel privilegio, ut habetur in c. Auditis, & ibi notant Abb. n. 4. & Felin. n. 1. supra de prescript. Franciscus Baldus de prescript. par. 1. §. partis principalis q. 11. n. 2. & in terminis Capitulum posse in aliquibus Ecclesiis sibi acquirere præscriptione, vel privilegio omnia

- 9. **L**icentiam dare de non residendo pertinet ad legem jurisdictionis.
- 10. **E**t eam dare potest non modo Episcopus, sed etiam inferior Prælati.
- 11. **C**apitulum Civitatem. quam jurisdictionem habeat in Ecclesiis sibi subiectis.
- 12. **L**ibere, id est, sine alienius licentia.
- 13. **I**nterventum & destituere spectat ad Ordinarium jurisdictionis.
- 14. **O**bservantia subiecta superat omnes alias probationes, & est omnium interpretatio Regina.
- 15. **C**onsuetudo interpretativa non requiritur, ut sit præscripta.
- 16. **T**ridentinum Concilium c. 1. §. Eadem omnino fell. 23. expenditur & num. 18.
- 17. **E**piscopi appellacione in materia jurisdictionis veniunt etiam inferiores Prælati similem jurisdictionem habentes. Secus si habeant solum jus conferendi, num. 20.
- 18. **O**rdinariis appellacione venit etiam inferior Prælati institutionem habentes.
- 19. **J**ura Episcopalia, & jurisdictionem Episcopalem, consuluit latè Calderin. conf. 2. incipit. An Archiepiscopus in tit. 7. de prescript. & sequitur Bald. ubi supra.
- 20. **S**upponendum secundo, idem esse habere Ecclesiam sibi subiectam pleno iure, & habere Ordinarium, & quasi Episcopalem jurisdictionem, quia tunc Episcopus nullum jus Episcopale potest in ea exercere, ut notat Host. in cap. Quoniam ante n. 1. in ver. Utrouque iure, de prescript. Abb. in d. c. Auditis n. 4. scilicet etiam Felin. eod. n. de prescript. Bald. ubi supra n. 3.
- 21. **S**upponendum tertio, Concilium Tridentinum ubi non loquitur de concernentibus officium, vel dignitatem Episcopi, sed de concernentibus jurisdictionem, noluisse jurisdictionem uni auferre & dare alteri, ex traditis per Vitalionum in Clem. Attendentes, §. Hic igitur num. 3. & c. de stat. Monachor. Pat. in terminis Concil. Trident. decis. 239. incip. Die 1. Aprilis lib. 3.
- 22. **S**upponendum quarto, dare licentiam de non residendo spectare ad legem jurisdictionis, cap. Relatum supra eodem. Que quidem licentia potest dari de iure communi non solum ab Episcopis, sed à quibuscumque inferioribus Prælati, ut probat text. in d. c. Relatum, ibi, De licentia Jurorum Prælatorum, ubi Innocent. num. 2. Nota, inquit, inferiores Prælati dare licentiam sicut ad Scholas, & c. & concordant ibi Host. num. 3. Butr. num. 5. & Abb. qui de communi attestatur n. 4. Card. in Caem. 1. §. Sane, quod n. 6. de stat. Monach.
- 23. **S**upponendum ultimo, Capitulum Civitatem. habere Ecclesiam, de quibus agitur, sibi pleno iure subiectam, quod patet ex litteris Celestini, Pii II. & Pauli III. nam in litteris Celestini caverunt, ut Capitulum possideat dictas Ecclesias libere, & dictam libertatem confirmat, & verbum libere, omnem subjectionem excludit, & denotat possessionem absque alienius licentia, gl. in Clem. Dudum, §. Si verò, in v. libere, de sepult. & notatur in c. De multa, de prebend. & in c. Licet Episcopus, eod. tit. lib. 6. & probatur in c. fin. §. fin. de conf. lib. 6. & in c. Cum plures, & ibi gl. in ver. Libere, de off. delegat. eod. lib. & in c. Statuimus, & ibi dixi n. 3. de Regular. Barbat. conf. 11. n. 3. ver. Item transitus in fin. lib. 2. Rubens Alexandrin. conf. 43. n. 4. ex litteris verò Pii II. quia, ut ibi dicitur, Capitulum habet jus instituendi & destituendi, quod idem prius confirmat, necnon ejus solitam jurisdictionem, & sic quasi Episcopalem, cum instituere & destituere spectat ad Ordinarium jurisdictionem, c. Conquerente de off. Ordin. & toto tit. de instit. Parris. conf. 22. n. 19. lib. 4. Sed clarior ex litteris Pauli III. in quibus Papa confirmat expressè ordinariam jurisdictionem, ac jus conferendi, instituendi & destituendi, & ubi verba sunt clara, non est admittenda quæstio voluntatis, l. Me, aut ille, ff. de legat. 3.
- 24. **C**onfirmantur omnia ex effectu subiecto, quia ut in facto supponitur, semper Capitulum in istis Ecclesiis exercuit jurisdictionem ordinariam in causis matrimonialibus, in dandis licentiis, in instituendo & destituendo, & in similibus, cum observantia subiecta superet omnes alias probationes, ut loquitur Tiber. Decian. in conf. 124. n. 12. lib. 2. & sic aliarum probationum regina. Que quidem observantia cum sit interpretativa dictarum Bullarum, non requiritur ut sit præscripta, Arctin. conf. 11. col. 3. vers. Sed tamen ex superabundanti, Roch. de Curt. de consuet. num. 28. Purpurat. in l. Certe conditio, §. Si minus n. 21. ff. Si certum pet. Dec. in l. Uti liberis n. 19. C. de collat. 15. & in conf. 48. col. 1. vers. & in tali consuetudine, Menoch. conf. 37. n. 96. lib. 1.

De Clericis non resid. c. Ad Audientiam.

Hic ita constitutus, desinit suo iure solutio propositi dubii: nam cum dictum Capitulum possit habere Ecclesias in Diocesi aquileiensi sibi subiectas pleno iure, & sic cum jurisdictione quasi Episcopali, ut supra in opposito primo & secundo, & illas habeat sibi subiectas cum dicta jurisdictione ex Bullis Summorum Pontificum, ut in ultimo supposito; & dare hujusmodi licentias sit jurisdictionis, & Concilium in his que sunt jurisdictionis non intendat illam uni auferre, & dare alteri, ut in supposito 3. & 4. Hinc refutat, ut ipsius Concilii dispositio, in d. c. 1. §. Eadem omnino fell. 23. dum loquitur de licentia danda ab Episcopo causa cognita, minime excludat Capitulum Civitatem. quominus Vicariis Ecclesiarum sibi pleno iure subiectarum impertiri possit licentiam abfcedendi ab eorum curis.

17. **N**ec obstat, quod Concilium dicit, causa prius per Episcopum cognita. Quoniam ubi agitur de his que sunt jurisdictionis, ubi fit mentio de Episcopo, intelligitur etiam de quocumque alio inferiori Prælati similem jurisdictionem habente, ut declarat Abbas in c. Sicut unice sub. n. 3. de excess. Prælator. Cardin. in conf. 47. Reverende Pater per tot. ubi dicitur dictum c. Sicut unice, licet loquatur de Episcopis, tamen cum jus unendi Ecclesias sit jurisdictionis, intelligitur etiam de alio Prælati inferioribus habentibus iura Episcopalia. Præsertim verò, quia dispositio Concilii

in hoc debet recipere interpretationem passivam à jure communi, l. 2. C. de Novat. de quo iure quilibet Prælati inferior potest concedere hujusmodi licentias, ut dictum est supra in 4. supposito. Imò constat manifestè Concilium ibi loqui de Ordinario, ut patet ibi Vicarium idoneum ab ipso Ordinario approbandum. Appellatio ne autem Ordinarii veniunt etiam Prælati inferiores institutionem habentes, ut dicit gl. in c. Ordinarii in verb. Locorum, de off. Ordinari. lib. 6. Franc. in c. 2. n. 7. de Constit. eod. lib.

Item non obstat decisio Sacre Congregationis Concilii, 29. que circumfertur, quod omnia contenta in d. c. 1. fell. 23. per Episcopum executioni demandari debeant, etiam collatio ad inferiorem spectet, & ad Abbates Regulares. Quia illa loquitur quando sola collatio spectat ad inferiorem, qui non est casus noster. Secus verò dicendum est, ut ibi omnis jurisdictionis Ordinaria ad aliquem inferiorem spectaret, ut in hoc casu, quia si inferior habere omnem Ordinariam jurisdictionem, debet etiam habere hanc facultatem dandi hujusmodi licentias, quia illa est jurisdictionis Ordinaria, ut dictum est, & nulla subest ratio diversitatis, imò si quis habet jus instituendi & destituendi quod est plus debet habere etiam hoc jus dandi licentias, quod est minus, ut in reg. l. Non debet ff. de reg. jur. & c. Cui licet, eod. tit. lib. 6.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

Honorius III. Meldem. Episcopo.

CAPUT XV.

AD audientiam nostram pervenit, quòd cum in Meldem. Ecclesia quædam sit constituto vallata juramento, & autoritate Sedis Apostolicæ confirmata, ut Canonici, qui non resident in eadem, suarum prebendarum fructibus præbendarum; illis exceptis, quos infirmitas excusaret, live in Apostolicæ Sedis servitio contingeret detineri, & infra. Decernimus, ut duo ex Canonici Ecclesiæ memoratæ, in tuo servitio existentes, suarum fructus integrè percipiant præbendarum, cum absentibus diei non debeant, sed præsentibus, qui tecum pro tuo & ipsius Ecclesiæ servitio commorantur.

SUMMARIUM

- 1. **C**anonici duo absentis pro servitio Episcopi fructus præbendarum suarum percipiunt, non obstante Constitutio contraria & num. 7.
- 2. **I**dem in absentibus pro servitio Papæ, n. 7.
- 3. **S**tatutum distinet idem, quod jus commune; & juramentum super eo interpositum, recipit omnes limitationes, quas recipit jus commune.
- 4. **S**tatutum excipiens duos casus, censetur excipere etiam omnes casus in quibus viget eadem ratio.
- 5. **D**eclaratur procedere si statutum sit secundum jus, secus si sit contra vel præter.
- 6. **C**asus non proventus à statuto relinquuntur in dispositione juris communis.
- 7. **I**nfermi percipiunt in absentia fructus prebende, distributiones & portiones accersentem, quatenus infirmitas est causa non residendi non deserendi.
- 8. **C**onsuetudo longiori quam novem mensium spatio quot annis inferiendi in Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis, an sit sublata à Concilio Tridentino & num. seq. usque ad num. 16.
- 9. **C**onsuetudo aut statutum vacandi ultra tres menses à servitio Cathedralis vel Collegiatis Ecclesiæ restringitur à Concilio Tridentino ad tres menses.
- 10. **C**onstitutio & consuetudo sunt duæ species juris inter se validè differentes.

- 11. **E**t appellacione unius non venit alia, etiam in materiis in qua verba impropriantur.
- 12. **C**onstitutiones longius servitii tempus, quàm novem mensium requirunt in Cathedralibus vel Collegiatis, car sint præservata à Concilio Tridentino & non consuetudines & n. seq.
- 13. **C**onsuetudo in quibus differat à statuto.
- 14. **C**anonici de jure communi nullam habent certam vacationem à servitio Ecclesiæ.
- 15. **C**onsuetudo juri communi conformis sublata censetur jure communi sublata.
- 16. **C**onsuetudo secundum quam Canonici Regulares & Portionarii seculares abfunt cum licentia per quadraginta dies & lucrantur distributiones, an valeat & n. seq. usque in fine.
- 17. **I**n Ecclesia Regulari an Clerici seculares habere possint prebendas & beneficia aut stipendia.
- 18. **B**eneficiarii Regulares & seculares equiparantur quoad potestatem dispensandi fructus beneficiorum.
- 19. **E**cclēsia Regularis an comprehendatur in cap. unic. de Cleric. non resid. lib. 6. & in cap. 12. §. Distributiones fell. 24. Concil. Trib.
- 20. **E**cclēsia appellacione venit etiam Ecclesia Regularis.
- 21. **C**anonicorum appellacione, etiam Regulares continentur.
- 22. **V**isualia, seu manualia magis propriè dantur Regularibus ratione sui officii, quorum prebenda olim his solis consistebant.

54

- 23 Regulariter quoad dignitates & officia que habent in titulum non comprehendantur in decreto Concilii Trid. c. 2. sess. 25. de Regni.
24 Canonici Regulares & Portuarii secularares in Ecclesia Regulari, an gaudent vacatione trium mensium a Concilio Tridentino permisso.
25 Beneficia Regularia etiam non curata requirunt maiorem residentiam quam beneficia secularia.
26 Tamen rationabilis causa excusat.
27 Beneficiati secularares absesse possunt tempore permisso, etiam absque licentia superioris; Regularis scilicet.

Ad audientiam. Duo Canonici absentes cum Episcopo, seu in eius servitio fructus prebendam suam percipiunt, non obstante Constitutione contraria. Hoc dicit & continet optimum casum in materia interpretationis statutorum. Primum, ponitur facti narratio. Secundo, provisio, ibi, Uerumtamen.

Nota primo statutum disponens idem, quod ius commune & iuramentum super eo interpositum recipere omnes limitationes, quo recipit jus commune, quod optime probatur hic, nam Constitutio quam isti Canonici ediderant & iuramentum firmaverant super fructibus in absentia non percipiendis erat juri communi confirmata, ut e. Quia nonnulli & c. Pelusium supra eod. gloss. ultim. in c. Cum omnes de Constituto. & gloss. 1. M. dicit in c. Licet n. 21. infra de prob. & tamen quia ius commune limitatur, ut non procedat in duobus Canonis pro servitio Episcopi absentibus ut e. De cetero supra eod. Eadem limitationem & restrictionem recipit interpretacionem passivam vel suppletionem, seu substitutionem a jure communi. Ad hoc bonus textus in l. 2. C. de Novat. & declarat Bart. & Doctores in l. 1. §. Hoc autem est idem, & de nov. oper. nunc. & in l. sciendum, ff. qui satis dare cogat.

Secundo nota ibi, illis exceptis. Statutum excipiens duos casus, censeri excipere etiam alios casus conformes; & sic exceptio non firmat regulam in casibus non exceptis quando in illis eadem viget ratio, quod viget in exceptis, quod finitur clare probatur in hoc cap. nam Constitutio Canonica non percipiendis in absentia excipiebat duos tantum casus, videlicet absentium ex causa infirmitatis & absentium pro servitio Sedis Apostolicæ, & tamen textus decidit idem jure esse in absentibus pro servitio Episcopi, reddique eam rationem, quia absentes dici non debent qui tecum per tunc & Ecclesie servitio commorantur. Quia quidem ratio communis est etiam infirmis & existentibus in servitio Sedis Apostolicæ, ut de infirmis patet in c. 1. infra de Cleric. agrot. in l. 3. §. Stichus, ff. de stat. liber. & notat gloss. hic in ver. Infirmitas, & de existentibus in servitio Pape, in c. Cum dilectus supra eod. gloss. hic in ver. In Apostolicæ; & sic identitas rationis efficit ut hic quoque tertius casus censatur exceptus, quod nota ad limitationem Regulari, de qua in c. Dominus 32. quasi. 7. & in l. questum 4. Demisus, ff. de fund. instrum.

Ceterum advertit, quia hac theoria procedit quando statutum excipiens nonnullis casus disponit idem quod jus commune, tunc enim censetur etiam excipere alios casus conformes; & ita loquitur hac Decretalis secundum Anton. de Butt. Abb. & Alex. de Nevo in omnes in 1. not. Ratio est quia sicut casus exceptus a jure communi extenditur ad casum similem propter identitatem rationis, ut probatur in c. Cum dilectus, de confirmat. uti. vel inutil. ut notat gloss. in l. 1. in ver. Judicati eod. de constit. indeb. ita & casus exceptus a statuto disponente idem, quod jus commune ut hic probatur secundum Abbatem & alios preallegatos. At secus videtur dicendum si statutum disponat contra vel preter jus, quia tunc casus exceptus a statuto non extenditur ad alios casus non exceptos ex identitate rationis. Imò casus non provius, seu omnibus a statuto relinquitur dispositioni juri communi, arg. l. Commodissime, ff. de libert. & posthum. cap. Susept. de reser. lib. 6. & c. In nostra, de injur. secundum Abb. ubi supra. Quod satis placet & potest esse ratio diversitatis, quia in his que a jure communi exorbitant, non fit extensio de casu ad casum ex identitate rationis, cap. Quæ a jure & ibi gloss. un. de reg. jur. lib. 6. gloss. in cap. Constitutionem, in ver. Prorogamus de regular. eod. lib. Bart. in Extravag. Qui sint rebelles, §. Transit in 3.

Tertio nota ex Decretali tres casus in quibus Canonici percipiunt redditus in absentia, videlicet cum absint ex causa infirmitatis, cum absint pro servitio Sedis Apostolicæ & cum absint pro servitio Episcopi ut in textu & notat Butt. n. 6. non tamen hi tres casus per omnia æquiparantur, nam infirmis percipiunt in absentia non solum fructus prebendam suam, sed etiam distributiones quotidianas ut est expressum in c. un. de Cler. non resid. lib. 6. quia imò, & portionem accrescentem, ut dixi in c. 1. in sit. qu. infra de Cler. agrotan. c. Quod tamen ita intelligit hie Joann. Andr.

28 Licentia nullam causam includit.

29 Canonici Regulares absesse possunt cum licentia superioris, etiam ultra quadraginta dies ex consuetudine permisso citra omissionem aliquam fructuum.

30 Portuariis absque licentia absentibus fructus grossi non debentur.

31 Clerici cessantes à Divinis officiis tenentur ad restitutionem fructuum.

32 Verbum idem respectu diversorum importare potest privationem juris & facti.

n. 2. ut is, qui allis erat residens & per infirmitatem impeditur residere, percipiat prebendam, is vero qui allis erat deseruiens & per infirmitatem impeditur deservire, percipiat distributiones; & sic in tantum integrat jus, in quantum infirmitas privat & non plus: & concordant Butt. n. 8. Cardin. n. 2. Archar. n. 6. & ceteri omnes: & scripti plenius in c. Licet à n. 136. usque ad n. 150. infra de prebend. Absentes verò pro servitio Sedis Apostolicæ, percipiunt quidem fructus prebende, ut hic patet & in c. Cum dilectus supra eod. sed non distributiones quotidianas, ut hic notat gloss. in ver. integr. nisi in casu ut dixi in d. c. Licet n. 1. 24. & seq. Et eodem modo duo Canonici absentes pro servitio Episcopi percipiunt prebendam cum-integratam, ut sic dicitur, non autem distributiones, seu victualia, ut est textus in d. c. De cetero supra eod. ibi, Nisi forte sint victualia que non consistuntur absentibus exhiberi, & notat gloss. prealleg. in ver. Integr. quod tamen fallit similiter ut dixi in predicta Decretali, De cetero à n. 11. usque in fin. ubi plene videtur.

In glossa prima; Collige ex hac glossa duas conclusiones. Prima est, quod de Jure Canonici tenentur Ecclesie invivire, adeo ut in absentia nihil percipere debeant, nisi beneficium quantumcumque simplex & modice assimilationis jure communi inspecto requirit personale servitium ut est textus in c. Conquerente & ibi dixi in 1. not. & n. 18. supra eod. Secunda est, quod valet consuetudo percipiendi fructus in absentia & cum hac gloss. concordat gloss. ultim. in c. Cum omnes supra de Constit. Sed hodie quoad utramque conclusionem servari debet dispositio Sacri Concilii Tridentini in cap. 12. sess. 24. ut scripti in d. c. Licet à num. 25. infra de prebend. & in specie, an & quibus casibus hodie valet consuetudo non residendi in Cathedralibus vel Collegiis Ecclesiis & redditus in absentia percipiendi, plene notavi in d. c. Cum omnes à num. 11. usque ad n. 36.

Hic, quero an consuetudo Cathedralis vel Collegiate Ecclesie, que alicubi ante Concilium vigeat, ut obtinentes Dignitates, Canonatus, Prebendas, aut portiones longiori quam novem mensium spatio, quotannis ipsi Ecclesie intervirent, sit sublatà ejusdem Concilii decreto, cap. 12. §. Praterèd sess. 24.

Videtur respondendum verbis Concilii, neque sublatam esse neque preservatam, sed relictam in illis terminis, in quibus erat ante Concilium. Non esse sublatam probatur primo, quia Concilium voluit ampliare, non autem diminuire servitium Cathedralium & Collegiarum Ecclesiarum nam ubi Canonici vigore consuetudinis aut statuti longiori tempore, quam trium mensium ad Ecclesie servitio ante Concilium poterant absesse, noluit de cetero ut absesse possent ultra tres menses. Cum itaque servitium Ecclesie vellet Concilium augere, refert absurdum ut tolleret consuetudinem longiori servitii tempore requirentem, nam hoc pacto diminueret servitium, non augeter, argum. l. 1. §. Nuntio, ff. de nov. oper. nunc. l. Quod servit. eod. de legibus, Bald. conf. 473. In causa n. 2. v. r. §. d. comitar lib. 2.

Praterèd si Concilium tolleret consuetudinem, id non ex aliis verbis elici posset quam ex illis, quibus preservat Constitutiones longiori servitii tempore requirentes. Verum illa verba que apposta sunt ad preservandum servitium diuturnum, si tollerent hujusmodi consuetudinem, operarentur contrarium effectum illius, propter quem posita sunt contra vulgarat regulari, l. Legata inuitur, ff. de legat. 2. & de alien. legat. l. Tria §. fin. de man. testam. cum similibus. Constat igitur Concilium noluisse tollere hanc consuetudinem.

Sed neque dicendum est eam dict. Decretis c. 12. preservatam fuisse: cum enim d. ver. Salvis, Concilium preservet Constitutiones & de consuetudinibus nullam mentionem faciat, plene constat illis verbis non comprehendere consuetudines. Primo, quia constitutio & consuetudo sunt duæ species juris inter se valde differentes, Alberic. latissime in l. De quibus n. 38. & n. 113. de legib. & appellacione constitutionis non venit consuetudo, nec à converso, etiam in materia in qua verba impropriantur, Bart. in d. l. De quibus in fin. Guil. de Mont. Laud. & alii citati per Jus. d. loco n. 91. Alberic. ibid. c. 174.

55

Secundo, quia sicut Concilium paulò ante mentionem habuit tam consuetudinis, quam statuti, ubi statuit non licere ultra tres menses absesse; ita fit in clausula preservativa utrumque comprehendere voluisset, utrumque expressisset, cap. Inter corporalia, §. Sed neque vers. Undè si circa de transfat. Episcop. Præsertim cum etiam paulò post, ubi agit de distributionibus & vult derogare statuti & consuetudinibus, utrumque exprimat & in specie in e. 6. sess. 22. ubi in alia materia, quam derogationis, imò potius in materia preservacionis utrumque expressit, ibi, Quod si ex consuetudine vel constitutione aliqui loci. Patet igitur neutram ex his opinionibus esse tutam, videlicet Concilium fuisse hujusmodi consuetudinem vel dicto decreto eam preservasse: nam priori opinioni repugnat ratio & mens Concilii. Posteriori autem non deservit verba, que de Constitutionibus tantum loquuntur.

Tutior est igitur media opinio, videlicet Concilium neque fuisse, neque preservasse hujusmodi consuetudinem, sed eam reliquisse in illis terminis in quibus erat ante Concilium nam requirit non mutatur. Sec. l. Sancimus, eod. de testam. l. Præcipimus in fin. eod. de appell. gloss. in Constitutionem in ver. Prorogamus de regulari n. 6. Huic opinioni conveniunt verba Concilii & mens non repugnat; & ita omnia vitantur absurda. Conveniunt verba, quia cum Concilium in preservacione de Constitutionibus tantum loquatur, nostrum non est extendere Concilium ad speciem juris diversam ab illa, de qua loquitur c. Quod si dormierit 31. qu. 1. cap. Consultasti 2. qu. 5. Præsertim cum una non comprehendatur sub altera, etiam late sumpto vocabulo, ut per Bart. & alios supracitos in d. l. De quibus, mens Concilii quoque huic opinioni non refragatur, quin favet potius; & ita vitatur absurdum supra consideratum in prima parte, dum dicitur alienum esse à recta interpretatione, ut Concilium tendens ad cultum Divinum & servitium Ecclesiarum ampliandum illud diminuat, prout eveniret si tolleret consuetudines longiori servitii tempore requirentes. Nam hoc pacto non sequitur id absurdum, cum dicamus Concilium, sicut eo decreto non preservat consuetudines, ita nec eas tollere vel enervare & consequenter diminuire servitium, sed relinquere in eo robore in quo erat prius. Cessat etiam illud absurdum, quod Concilium in clausula preservativa tollat; quod hoc pacto si non preservat, nec tollit etiam, & sic non sequitur effectus intentioni Concilii contrarius.

Quod si diceretur, ob quam rationem Concilium constitutionem in hac materia preservavit, consuetudinem prætermittit. Responderetur non omnium, que à majoribus nostris statuta sunt, rationem reddi posse, l. Non omnium ff. de leg. & sufficit nobis legem ita esse scriptam, l. Prospexit, ff. que & à quibus, & casum consuetudinis esse omnium & consequenter remanere in dispositione juri communi l. Commodissime, ff. de libert. & posthum. cum similibus. Possent etiam reddi nonnullæ rationes diversitatis inter constitutiones & consuetudines, nempe quod he prestantur illi rationabiliore, Alberic. d. l. De quibus n. 79. quoniam constitutiones in factis recipiant minorem distributionem quam consuetudines, præsertim pendentes ab adibus facultativis, ut esse videntur hæc de quibus agimus.

Ceterum vera ratio cur Concilium eo loci non meminere consuetudinis, ea videtur esse, quia cum de jure communi Canonici teneantur quotidie Horis Canonis interesse, ita ut nullum habeant certum vacationis tempus à Sacris Canonibus præsumtum, Clem. 1. ubi gloss. in verb. Canonici & in ver. Debitis de celebrat. Missar. Clem. 1. in fin. de reliq. & vener. Sanctor. & Clem. 2. in ver. Certis horis de stat. & qualis consuetudo requirens longiori servitii tempore quam novem mensium, cum esset juri communi conformis, nihil aliud erat, quam observantia juri communi, ut notat Host. in c. un. de Cleric. conjug. lib. 6. Alex. in l. De quibus in pr. ff. de legib. & Roch. de Curte in tract. de conjur. n. 11. ac propterea opus non fuit, ut Concilium illam expressè preservaret; nam ex se ipsa habebat juris fomentum & tanquam favorabilis Ecclesie & cultui Divino, non egebat adjumento, aut preservacione Concilii, imò Concilium non vado juris communi dispositionem quoad obligationem servitii in Cathedralibus & Collegiis Ecclesiis, videtur etiam tacite innovasse, atque approbasse ejusdem juris observantiam, quemadmodum in casu converso S. Congregatio in causa Mediolanensi declaravit, dum Concilium quoad fori privilegium fuit iuri commune, fuisse etiam consuetudinem juri communi conformem, que nihil aliud erat, quam ipsius juris observantia, ut plene scripti in cap. Si quis n. 57. & seq. de foro compet. At secus est in statuti Ecclesie quia forte non erant in usu, aut per contrarium usum abrogata fuerant, unde consentaneum fuit, ut Concilium illa præservaret, atque ita in usum æque observantiam induceret.

Quero itaque, an consuetudo secundum quam Canonici Regulares & Portuarii qui sunt in eadem Ecclesia secularares, singulis anni cur. licentia Prioris & Capituli cum

quadraginta dies absesse possunt & ejus temporis quotidianas distributiones percipiunt, sit necesse observanda.

Pro declaratione dubii præmittendum est primum, quavis Clerici secularares prohibentur recipi ad prebendam in Monasteriis Regularium, c. Eaque, §. Præcipimus de stat. Monach. tamen sicut possunt habere beneficia in eadem Ecclesia, dummodo non faciant unum corpus cum Canonici, nec habeant vocem in Capitulo, Host. Joan. Andr. Anchar. & alii in d. c. Ea que; ita possunt habere portiones prebendarum. Et ipse Abb. qui conj. 50. par. 2. tener non posse secularares habere titulos beneficiarios in Ecclesia Regulari, fatetur posse habere stipendia pro servitio conjunctivo d. §. Præcipimus n. 10.

Præmittendum secundo ex Navarr. in c. Cui parvo 12. quasi. 1. num. 15. & in c. Non dicitur ead. cau. & quasi. num. 15. Proprium esse duplicis generis. Unum importat verum dominium & proprietatemque habent homines secularares, tot. tit. de acquirent. rer. dom. cujus non sunt capaces Monachi c. Monachi & c. Cum ad Monasterium de stat. Monach. Alterum intelligitur proprium, quoad liberam administrationem, quem habent beneficiati; & hoc distinguitur in tres species, ut per eundem Navarr. Et secundum hoc Clerici secularares & Religiosi habentes administrationem, hoc est beneficia in titulari, æquiparantur quoad potestatem dispensandi, Card. in Clem. 2. §. Sed & tales, per illum text. de vit. & honest. Cleric. quod relatum latius Navarr. in d. c. Non dicitur n. 10. & 11. Rota divers. dec. 772. num. 2. part. 1.

Quibus præmissis, dubitatur generaliter, in cap. unic. de 19 Cler. non resid. lib. 6. & Decretum Concilii cap. 12. sess. 24. §. Distributiones, locum habeant in Ecclesiis Collegiatis Regularibus. Pro negativa facit, quod cum Superior Regularis sit loco statuti, c. un. derogat consuetudinibus non statuti. Et quamvis Concilium tollat etiam constitutiones, adhuc videtur dispositio tam Concilii, quam juri antiqui habere locum in Ecclesiis tantum, non etiam in Monasteriis; que invicem distinguuntur, cap. Grandi & ibi, notat. de supp. neglig. Prælator, lib. 6. Præterèd si Superior vult distributiones etiam absentibus elargiri non videtur prohibendus ex causa sibi bene visa.

Sed in contrarium pro parte affirmativa considerandum est, appellacione Ecclesie venire etiam Regularem, Clem. 1. ubi not. de stat. & qualitat. Et dispositionem Concilii & c. 21. n. loqui de Canonis simpliciter. Ad appellacione Canonorum & Canoniarum venire etiam Regulares, gloss. in Clem. Dispensamus in ver. Beneficiis de jud. probant. c. Cum eamjam, cap. de elect. & c. In causis, cap. Dilecti, de Judic. cum concord. Imò victualia & manualia, in quibus consistunt distributiones quotidianæ, magis proprie dantur Regularibus ratione sui victus, quorum prebende olim in his solis consistebant.

Concludendum hujusmodi statuto & consuetudinem tollerari posse, cum non imponat necessitatem Priori & capitulo absentibus concedendi hæc distributiones quotidianas, sed ostendat libelle justam causam pota valetudinis, concedendi licentiam abscedendi & eisdem ab amissione distributionum excusandi possunt enim superiores ex causis congestis per Navarr. in cap. Nullam 18. quasi. 2. n. 29. suis Regularibus concedere portiones quas vocant privilegiatas. Quæ opinio quamvis sit admodum periculosa quoad Regulares non beneficiatos, ut latissime scripti in Epist. infra de 23 stat. Monach. tamen procedit de plano quoad Regulares obtinentes beneficia in titulari, quia jam S. Congregatio Concilii declaravit dignitates & officia, que dantur in titulari Religiosis non comprehendi decreto cap. 2. sess. 25. de Regulari.

At verò quatenus extimaretur ex hujusmodi statuto & consuetudine obligari superiores ad statuti observantiam, ut denegari sic absentibus non possint distributiones hoc est contra jus, quia de jure beneficiatis absentibus non debentur distributiones, nisi ex illis tribus causis expressis in d. cap. unico, nec plus juris super distributione tribuit statutus Regularium, quam secularium, imò nimis ex præmissis.

Atque ex hac conclusione idem videtur inferendum de portuariis, qui aut censeri debent, ut alii portuarii secularares in Ecclesiis secularibus & manifestum est excludi à distributionibus quotidianis, nisi intersint Divinis officiis, etiam pro tempore permisse absentis, juxta declarationem S. Congregationis aliis editam ad §. Præterèd eod. cap. 12. sess. 24. & §. Distributiones. Aut contenti sunt eodem jure, quo Regulares et non debent meliores esse conditionis, qui famulariter & sunt veluti stipendiarii; quam ipsi Canonici.

Supposito autem quod ex hujusmodi statuto & consuetudine tam Canonici, quam portuarii absentes ultra quadraginta dies preventur distributionibus quotidianis duntaxat non autem parte aliqua fructuum. Dubitatur secundo loco,

an eisdem licet pudente vacatione trium mensium, juxta permissum Conc. cod. cap. 12. §. Praterea, circa amissionem aliquis partis fructuum.

Pro resolutione premitto beneficia omnia regularia etiam non curata requirere personalem residentiam, cap. Cum singula, de prebend. lib. 6. et quidem majorem, quam beneficia secularia, Navar. in cap. Nallum 18. quest. 2. n. 47. Non enim sola possessio & fructuum perceptio est causa in iis personalis residentie, sed titulus, ut amputetur materia vacationis & dissolutionis, 16. quest. 1. cap. Quidam & cap. Monachi. Ita Vital. in Clement. 1. §. Sicut num. 9. de statu Monach.

Secundo premitto, a residentia etiam in beneficiis regularibus exculare causam rationabilem, puta studii dicti. Clement. 1. Paragr. Sanz, Concil. Tridentin. sess. 15. de Regular. cap. 4. Ceterum inter beneficiatos seculares & regulares hæc est differentia, quod illi tempore permissio possunt abesse etiam sine licentia & nihilominus fructus percipere, ut in S. Cong. Regularis, autem non nisi cum licentia sui superioris, d. cap. Quidam & cap. Monachi 16. quest. 1. quæ licentia includit etiam justam causam, Abb. in cap. Cum ad hoc n. 4. de Cler. non resident.

Hoc respondetur Canonico Regulari posse etiam ultra 40. dies abesse cum licentia sui superioris citra amissionem aliquam fructuum, tam quia nulla supponitur Constitutio Ecclesie, qua prohibetur absentia ultra 40. dies. Unde prescriptio Concilii d. cap. 12. §. Sicut, non intrat, tum quia quatenus adesset, non videretur impedire quo minus Prelatus permittere valeret Canonico Regulari, ut causa rationabilis abesset pro tempore sibi bene viso & interim fructus debitos ratione tituli consequeretur. Quamvis de distinctionibus, quæ ratione personalis servitii dantur, diversa quedam ratio sit, ob quam forte necessarius est contentus

Capituli, de cujus interesse particulariter agitur propter jus accedendi.

De Portionariis secularibus quatenus abint cum debita licentia, idem videtur dicendum; eisdem autem absentibus absque licentia denegandos esse etiam fructus glosos, ne dum distributiones. Tum quia Concilium quatenus permissit vacationem trium mensium, stat restrictivè, ut tollat longiores vacationes, non ut illam concedat, ubi alius non permittitur, ad gloss. in cap. Quidam in ver. Immoderata, de Usur. tum quia etiam de jure communi, qui non fecerunt residentiam, si petant fructus, repelluntur exceptione, ut per Abb. in cap. Consequente num. 4. supra eod. quod magis procedit contra ipsos Portionarios, qui sunt tanquam stipendiarii, Abb. in cap. Ea que, §. Præcipimus de stat. Monach. Et stipendium datur ratione simulatis, c. Diversis, de Cleric. conjug. ubi Abb. dicit esse textum pro opinione Caldeyri, quod Clerici cessantes à Divinis Officiis teneantur ad restitutionem fructuum. Quam opinionem in foro conscientie tutiorem dicit Abb. in c. 1. in fin. de celebr. Missar. & S. Congregatio alius videtur secuta. Nec retrahatur ponderatio Concilii d. §. Praterea in ver. Præventur, quia advertendum est illud verbum referri etiam ad illam portionem fructuum, quos deservendo illo anno ratione prebende & residentie fecerunt suos, quorum fructuum respectu propriè cadit privatio. Non enim est novum idem verbum respectu diveriorum importare privationem juris & facti, ut not. per gl. in c. Eos, in ver. Statuant, de tempor. ordinam. lib. 6. Et facit text. in l. 2. ubi gl. in ver. Manu mitti, ff. de off. Proconsul. & in l. Pater Severinam, §. Conditionem verba, ff. de condit. & demonstr. Cum similibus adductis per Roman. conf. 480. n. 5. ver. Nec enim est incongruum unum idem. que verbum, & latius per Socin. junior conf. 128. num. 120. cum multis seqq. lib. 1.



DE CLERICIS

NON RESIDENTIBUS.

Gregorius IX. Patriarcha Antiochia Apostolica Sedis Legato.

CAPUT XVI.

Cum ad hoc sint Ecclesiastica beneficia deputata, & infra. Sanè nobis innotuit, quòd Ecclesia Antiochena, multis ex servitoribus ejus absentibus, est ferè destituta ministris; Undè mandamus, quatenus non obstantibus Apostolicis indulgentiis, & prædecessorum tuorum licentia, absentes Canonicos & alios revoces ad residendum in Ecclesia supradicta, & si non venerint, tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi Ecclesie facias congruè deserviri, in utilitatem ejusdem, quod ex præfatis beneficiis superfluerit, convertendo.

SUMMARIUM.

- 1 Privilegiati super absentia coguntur redire per subtractionem proventuum, si Ecclesia patiatur ministrorum defectum & num. 12.
- 2 Canonici & prebendati qui absque Episcopi licentia se contulerunt studiorum causa ad Universitatem privilegiantur, an possint ab eo revocari ad residentiam, præsertim si Ecclesia ministrorum defectum patiatur & n. seqq. usque in fin.
- 3 Beneficiati abesse non licet studiorum causa licentia Episcopi petita & obtenta.
- 4 Alias coguntur redire per subtractionem fructuum & beneficii.
- 5 Etiam si universitas sit privilegiata super fructibus in absentia percipiendis & num. seqq.
- 6 Scholares ut in absentia licite percipiant fructus prebendarum suarum copulativè requiruntur licentia Episcopi & privilegium.
- 7 Et sufficit privilegium generale, de quo in cap. fin. de Magistris.
- 8 Dispensationes de non residendo & de fructibus in absentia percipiendis non suffragantur, nisi Ordinarii consensu accedat.
- 9 Licentia Capituli non prodest ad hoc, ut beneficiatus abesse possit studiorum causa.
- 10 Scholares debent esse doctiles & Episcopus debet cognoscere, an sint atate, natura & ingenio tales, qui possint in litteris proficere.
- 11 Scholares negligenter & inutiliter studentes revocari possunt ad residentiam.
- 12 Scholares facientes castra & numerantes regulas non sunt scholarum privilegia honorandi.
- 13 Beneficiati, qui in studiis morantur sine licentia Episcopi, præsumuntur id facere in fraudem legis.
- 14 Canonici non ultra duos de licentia Episcopi abesse possunt studiorum causa.
- 15 Quòd verum est ubi immineret præjudicium Ecclesie, si plures mitterentur ad studia.

Cum ad hoc. Si Ecclesia patitur ministrorum defectum, privilegiati super absentia per subtractionem proventuum redire coguntur; hoc dicit secundum Joan. Andr. & omnes et est bonus textus & potest multum præcitari secundum Abb. Primò narrat factum. Secundò providet ibi, mandamus.

Quero, an Episcopus possit revocare ad residentiam Canonicos & prebendatos, qui absque ejus licentia abcesserunt & se contulerant ad studia alieque Universitatis privilegia, & præsertim si Ecclesia propter eorum absentiam ministrorum defectum patiatur.

Emerit hoc dubium in Cathedrali Ovetensi, nam cum Episcopus suis litteris conquisisset Domino Papæ, quòd plures Canonici & prebendati deserta Ecclesia sine ejus licentia ad Universitatem Salamantin. studiorum causa se contulissent & Sanctitas sua misisset has litteras ad Sac. Congregationem Cardinalium Tridentini Concil. interpretum, emanavit suprascriptum dubium, ad quod videtur affirmativè respondendum.

Nam exploratè juris est, nulli beneficiato ex iis, qui ad residentiam teneantur, abesse licere studiorum causa sine proprii Episcopi licentia petita & obtenta, ut aperit constat ex cap. Relatum & ibi gloss. in ver. Prælatorum & Abb. num. 1. & 5. & ex cap. Tua, ibi, accepta licentia supra eodem, ubi hoc notat Joan. Andr. num. 1. Butr. num. 7. Abb. num. 3. & alii communiter & ex c. Cum ex eo & ibi gloss. in ver. Episcopi, Gemin. num. 9. & Franc. num. 2. de elect. lib. 6. Felin. in cap. final. num. 3. ver. Sextò limite infra de Magistris Et qui sine hujusmodi licentia abcesserunt, compelli possunt redire ad residentiam, non modò per subtractionem fructuum, prout fit, cum illis qui abint ex indulgentia Sedis Apostolicæ, ut patet, hic in fine, junctis gloss. & istis, sed etiam per privationem, seu subtractionem beneficii ex toto, ut dicitur capit. Relatum, versiculo, Poterunt amoveri & ibi glossa in ver. Amoveri, capit. Inter quatuor & ibi glossa in verbo Privari & cap. ex tua supra eodem & notat glossa ultima hic. Joannes Andreas in d. c. Relatum num. 1. & 2. & ibi etiam Butr. num. 1. & idem Joannes Andreas in c. 2. num. 4. Gemin. num. 7. de privil. lib. 6. Host. in Summa hujus tituli, §. Qua sit pena num. 5. ver. Sed si non habuit & ver. ad causa probabili & in tit. de Magistris, §. An Clericus studio num. 9. ver. sine licentia autem Prelati: quod etiam novissimè statutum est in Concilio Tridentino sessione 9. de reformatione, capite 2. & in capite 22. ver. Praterea obtinentibus, sessione 24. de reformat.

Quæ conclusio vendicat hic locum, etiam postò quòd Academia Salamantina sit specialiter privilegiata à Sede Apostolica super fructibus in absentia percipiendis, quia ad hoc ut absens studiorum causa hujusmodi fructus percipere possit: duo copulativè requiruntur, videlicet ut ablit de licentia sui Prelati & studium sit privilegiatum super percipiendis fructibus in absentia, sicut est studium Bononiense; vel alias absens sit privilegiatus ex indulgentia Papæ vel Prelati vel à Statuto Ecclesie vel consuetudine, sic probat textus in c. Tua in verbo Studiorum gratis & ibi dixi num. 2. post Joannem Andream num. 1. in verbo Fructus, Butrium in 1. notab. Cardin. num. 7. in 5. quest. Incol. num. 1. Anchar. num. 7. Abbatem numero tertio, Joannem de Anania numero secundo, ver. Nota quòd habent privilegium & Alexand. de Nave in 1. notab.

Neque obstat quòd glossa in cap. fin. in verbo Licentia de Magistris, exponendo verba illa textus de scientia Sedis Apostolicæ dicat, scilicet generali autoritate illius Constitutionis, undè non est necesse aliam indulgentiam impetrare. Simile in c. Non debere 80. distict. cap. Cunctis 16. quest. 1. & cap. Quoniam 100. distict. cum alii allegatis in eadem glossa. Id, inquam non obstat, quia illa glossa non loquitur de licentia non residendi; sed de licentia seu indulgentia percipiendi fructus in absentia; nam cum textus dicat docentes & studentes in Theologica Facultate per annos quinque, percipere debere de licentia Sedis Apostolicæ proventus prebendarum suarum, glossa exponit illud verbum licentiam, id est generaliter concessa autoritate illius Constitutionis. Sed non excludit aliam indulgentiam impetrare non residendo, quæ ultra privilegium omnino est necessaria, ut constat aperteffimè ex Juribus & autoritatibus supra citatis; neque ex eo quòd privilegium requiritur, licentia Prelati esse superflua, quia operatur ut puniri non possint; quia non resident in Beneficio, ut contra Archidiaconum in cap. De quibusdam in fine 37. dist. concludit Joannes Andreas in d. v. Fagnan. in III. Lib. Decretal.

Tua num. 1. in verbo Fructus supra eodem cum quo concordant ibi Card. in quinta questione, Anchar. numero 7. & communiter Doctores, Marian. Socin. in c. fin. n. 17. de Magistris.

Quin imò hodiè nec indulte Apostolicæ de non residendo & de fructibus in absentia percipiendis suffragantur, nisi Episcopi consensus accedat, quia Pius IV. in sua Constitutione incipiente Sanctissimus in Christi Pater, publicatè die 24. Novembris anni 1564. declaravit has dispensationes de non residendo ac de fructibus prebendarum & Beneficiorum in absentia studiorum causa percipiendis quæ à Sacra Pontificaria & Sede Apostolica concedi & emanare contigerit: nequaquam hujusmodi absentibus suffragari, nisi singulorum Ordinariorum locorum in quibus singula Beneficia hujusmodi consistunt, consensus gratis præstandus ad id accedat. Habetur hæc Constitutio inter alias registratas post indicem materiarum Concilii Tridentini. Quamobrem si Canonici & Prebendati abfuerint sine consensu & licentia Episcopi, ut supponitur in dubio utcumque universis sit privilegia: ambigi non potest, quin Juris remediis possint ad residentiam revocari.

Nec se tueri possunt licentia Capituli, quia ut ex dictis constat requiritur licentia & consensus Ordinarii præsertim quia ut inquit Host. in Summa de Clericis non resid. §. Quis Clericus teneatur, num. 1. ad finem, ver. licet verò & §. Qua sit pena num. 3. ver. Item excusatur: non ita exactè it curat Capitulum, quia cum interim percipiat quòd absens lucraretur, facilius dat istas licentias; idè autem est necessaria Episcopi licentia, quia cum transmittendi ad studia Litterarum debeant esse doctiles, idè autem est necessarium Episcopus debet sedulo disquirere, an sint atate, natura & ingenio tales qui possint in Litteris proficere & hos tantum licentiare, ut inquit ibi Host. num. 2. Joannes Andreas num. 10. Butr. num. 3. & 9. Abbas num. 2. & Felin. num. 3. ver. Sextò limite & idem Host. in Summa, pod. rit. an Clericus studio insistent, num. 9. ver. Sine licentia autem Prelati, glossa in cap. Cum ex eo in verbo Litterarum & ibi etiam Joannes Monachus num. 1. & Philippus Francus num. 12. 2. de elect. lib. 6. quo fit ut ad residentiam revocari possint etiam illi qui manentes in Universitate, de licentia Episcopi negligenter & inutiliter dant operam Litteris, ut notant in d. c. fin. de Magistris num. 2. Joannes Andreas num. 4. & 10. Felin. num. 3. ver. Secundo limite & ver. Sextò limite; nam ut ibi inquit Host. revocabitur ex causa, puta si non proficiat, quia voluntas seu natura repugnat; & placet mihi hæc opinio, quis scholares non intrantes & non attendentes nec studentes non gaudent privilegio scholarii; nec scholares sunt nominandi, ut notat Joannes de Lignano in pram. Clem. & post eum Marian. Socin. in c. fin. num. 24. de Magistris, facit textus in lege 1. in fine cod. de studen. lib. Urb. Rom. ubi glossa dicit. Nota textum contra scholares qui male attendunt, qui quòdque edificat castra & quòdque numerant regulas. Undè jure optimo, qui non præviè super præmissis Episcopi cognitione ac licentia in studiis morantur, ad residentiam revocari possunt ac debent.

Et eò magis, quia tales id facere præsumuntur in fraudem legis secundum Joannem Andream in d. c. Relatum num. 1. ut scilicet fugiant ipsius Episcopi correctionem vel ut liberius vivant aut forsitan ut litibus vexent extraneos, ut colligitur ex glossa pragmat. Sanctionis, rit. de collat. §. Primum cum in glossa in verbo Liberis, versiculo Idè qui veniunt ad studium.

Hæc autem fortius procedunt, quòd ex absentia Ministrorum Ecclesie debito servitio destituitur; tunc enim ad residentiam revocandi sunt etiam privilegiati, ut est casus apertus in hac Decretali. Quin imò ob hæc rationem non desuerunt qui existimaverunt licentias de non residendo & indulte de percipiendis fructibus in absentia non suffragari: nisi duobus Canonici, arg. cap. Ad audientiam cum ibi notatis per glossam in verbo aut duo, Butr. num. 15. & Abb. num. 6. supra eodem. & quævis hæc opinio non sit generaliter vera, tamen admittitur in eo casu in quo immineret præjudicium Ecclesie in Divinis, si plures mitterentur ad studia, ut declarat Felinus in dicto cap. fin. num. 3. ver. Quarto limite de Magistris; & propterea quamvis Sacra Congregatio Concilii alias declaraverit ad hoc, ut Canonici abesse possint tribus mensibus à Concilio permissis; nec Episcopi licentiam nec causam requiri: illic tamen adjectæ limitationem. Dummodo non omnes simul abint, ne Ecclesia debito servitio destituarur iquota autem pars simul abesse possit, Episcopi esse Judicium.



DE CLERICIS

NON RESIDENTIBUS.

Idem Innocentius III. Archiepiscopo Panormitano.

CAPUT XI.

EX tua devotionis: & infra. In Ecclesiis eorum, qui se fraudulenter absentant, nec ad ipsos valet citatio pervenire, trinæ citationis edictum facias publicari: & si nec sic curaverint obedire, & ultra sex menses suas deseruerint Ecclesias, (juxta functiones Canonicas) eis debent merito spoliari.

Contra eos etiam procedatur, ut ipsos per suspensionis & excommunicationis sententiam, ad tuam obedientiam venire compellas. Quod si nec sic eorum malitia poterit emolliiri, eos B. tituli sanctæ Susannæ Presbiter Cardinalis Apostolicæ Sedis Legatus à Spiritualium administratione removeat, & quibus præfunt Ecclesiis, de personis idoneis faciat provideri. Sed in eos degradationis sententiam non promulget, ut cum eis misericorditer (si expediat) facilius agi possit.

SUMMARIUM.

- 1 Beneficiatus absens, si ignoratur ubi sit, tribus edictis citatus & infra sex menses non reuersus, beneficii priuatur.
- Et quid post Concilium Trid. num. 31. & seq.
- 2 Intellectus hujus c. in §. Contra eos, & num. 18.
- 3 Citatio per edictum contra Clericum absentem affigi debet valis Ecclesiæ suæ.
- 4 Beneficiatus nunquam citari debet per edictum ut redeat ad residentiam, si personaliter citari possit & n. 9.
- Et quid post Concilium Tridentinum, n. 31. 35. & 36.
- 5 Citatio contra beneficiatum absentem fieri potest etiam extra Provinciam, sed ad id Iudex non tenetur.
- 6 Citatio per edictum, ubi requiritur trina, non sufficit unica licet peremptoria.
- 7 Et an sufficiat unica peremptoria ad penam incurrendam, si fuerit personaliter executæ & n. 10.
- 8 Citatio trina & unica peremptoria cum competentibus intervallis regulariter æquiparantur.
- 9 Beneficiatus absens personaliter citatus, nisi redeat infra terminum sibi præfixam beneficio spoliari potest, etiam non expectatis sex mensibus.
- 10 Monitio trina personalis cur requiritur ut Clerici carnisifici, seu tabernarii perdant privilegium fori.
- 11 Beneficiatus absens quamdiam sit expectandus, ut beneficio privari possit.
- 12 Citationi edicta sex mensium spatium præsumuntur deduci ad notitiam citati.
- 13 Beneficium Clerici, qui tribus edictis citatus infra sex menses non reuertitur ad residentiam, confertur quasi vacans sine alia sententia privationis.
- 14 Canonici & alii beneficiati in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, ex capite non residentia privari non possunt tituli, nisi post lapsum trium annorum & n. 35.
- 15 Canonici absens ultra tres menses primo anno privari debet dimidia parte fructuum ad rotam mensium, quibus absint, si non integer est annus.
- 16 Archiepiscopus potest procedere contra Episcopos desertentes Ecclesias suas excommunicando & suspendendo, non autem removendo eos ab Episcopatu vel administratione.
- 17 Depositi Episcoporum Jure Divino est Papæ reservata.
- 18 Episcopi arbitrium est procedere contra Parochos non residentes, vel censuris, vel sequestratione & subtractione

- fructuum vel privatione Parochialis, & num. 20. vers. Postremò.
- 19 Forma procedendi adversus Parochos non residentes à jure communi præscripta in immutata fuerit Decretis Concilii Tridentini & num. seq. usque ad num. 35.
- 20 Statutum ad penam trahi non debet ad gratiam.
- 21 Qualitas apposta circa aliquas personas primò nominatas non censetur repetita quoad alias personas postea nominatas, etiam in eadem ratione.
- 22 Distinctio idem, quandoque importat identitatem in genere, & diversitatem quoad specificas qualitates.
- 23 Clausula in fine posita refertur ad procedentia in eodem cap. sed non in Capitulis separatis.
- 24 Episcopus quoties in penam non residentia vult Parochis subtrahere partes fructuum, quot fecerunt suos, quoad intervalla & quoties servare debet præscriptum Concilii cap. 1. fell. 6.
- 25 Secus in executione facienda super fructibus, quot pro rata temporis absentia suos non fecerunt.
- 26 Concilium Tridentinum capite 1. §. Eadem, fell. 23. expenditur.
- 27 Lex innovata inest legi innovanti.
- Verba legis clara non admittunt interpretationem, nec voluntatis conjecturam.
- 28 Forma procedendi contra Parochos non residentes à jure præscripta in quibus immutata fuerit à Concilio Tridentino & n. seq. usque in finem.
- 29 Parochi non residentes à Concilio Tridentino quibus penis subjiciantur.
- 30 Sententia privationis beneficii contra Parochum non residentem est nulla, si in ultima monitione Episcopus comminatus fuerit privationem fructuum, non autem tituli.
- 31 Parochus absens etiam si ignoretur ubi sit ex Concilio Tridentino citari potest per edictum, etiam unicum & non solemniter publicatum & n. seq.
- 32 Et lapsu termino eidem præfixo privari potest Parochialis, etiam non expectatis sex mensibus.
- 33 Canonici non residentes post lapsum trium annorum qua forma sint privandi Canonici.
- 34 Forma hujus Capituli ad unquam servari debet tantum in obtinentibus beneficia personalem residentiam requirunt extra Cathedralia & Collegiata Ecclesias.

Nam primò, ponit prædictam procedendi contra Clericos. 2. Secundo, ponit prædictam procedendi contra Prælatos. Secunda ibi, contra eos; scilicet Prælatos. Unde secundum Holt. n. 7. in ver. Eos & Joan. Andr. nu. 6. in eodem ver. Melius distulit alios, scilicet Episcopos, nam usque huc loquutus

De Clericis non resid. c. Ex parte.

locutus est de inferioribus, hic incipit loqui de Episcopis.

Et hunc intellectum sequitur gloss. in ver. Ut iustus, & communitur DD. teste Joan. de Imol. post. pr. vers. Sed prima lectura communitur tenetur. Imo Innoc. supra in pro-amio, ubi litteram hujus Decretalis ex registro corrigi & in aliquibus supplere, testatur veram litteram esse, contra alios, ut hic referunt Butr. n. 1. in fin. & Imol. post. pr. vers. Et facit quod notat Innocentius.

Nota primò, quoties Clericus absens per edictum citari debet citationem esse affigendam valvis Ecclesiæ suæ ut probat hæc littera ibi in eorum Ecclesiis, & notant Card. in pr. & Abb. n. 1. Nam contra latitatem sufficit procedere ex edicto ad Ecclesiam vel domum suam, cap. Casum, & c. fin. de dol. & contumac. secundum Holt. hic n. 6. in ver. Publicari, Card. n. 1. in prima oppositioe & Anchar. n. 3. notab. Rota in Terdonen. Præpositura 17. Martii 1600. coram Decano, relata à Joan. Garz. in tract. de benef. part. 3. c. 2. n. 157.

Secundo nota ibi, nec ad eos valet citatio pervenire. Clericum utcumque ex injusta causa absentem ab Ecclesia sui nunquam esse citandum per edictum, si intra Provinciam sui copiam faciat & citari possit personaliter, ut per Holt. d. n. 6. Card. n. 2. vers. Ex quibus, Anchar. n. 1. in 2. notab. & Abb. n. 3. in 3. notab. Dixi intra Provinciam; quia si Clericus extra Provinciam abesse intimari quidem potest & forte etiam citari per cap. Romana, §. Contrahentes de foro compet. lib. 6. & dixi post Collect. in c. fin. eod. tit. Sed tam ad hoc Judex forsitan non tenetur secundum Holt. n. 6. in ver. Pervenire, Joan. Andr. num. 2. in ver. Valere, & Anchar. n. 1. De hoc notat. in c. Dilectus supra de Proc. An autem hoc procedat post Concilium Tridentinum dicam infra. num. 31. 35. & 36.

Tertio nota ibi, Trinæ citationis, Rectorem Ecclesiæ absentem si ignoratur ubi sit, esse citandum tribus edictis ut redeat ad residentiam. Quo fit ut non sufficiat unicum peremptorium pro omnibus, quia hujusmodi citationes per edictum difficile transunt in notitiam citati & facilius est ut imoretur in ter publicè fiant, quam si semel, licet peremptorie. Forte enim amicus citati interiret in secunda vel tertia, qui non interiret in prima & poterit hoc citatio denariare. Et ita firmat hic Joan. Andr. n. 4. in ver. Trine & latius in addit. ad Special. super hæc rubrica in 3. quest. ubi refert se ita contulisse in quodam Clerico, qui unica citatione peremptoria citatus, beneficio privatus fuit quia non venit; Respondit enim privationem esse nullam, ob non servatam formam hie præscriptam: & sequuntur hic Ant. de Butr. num. 3. Anchar. n. 2. in 3. notab. Imol. num. 3. vers. Et advertit & num. 4. & Abb. in 4. notab.

Quinto nota ibi, potestam incurrendam lex requirit trinam citationem, non sufficit una peremptoria, licet personaliter sit legit. gloss. in Clem. 1. in ver. Tertio, de vita & honest. Cler. quam sequitur Imola & singulariter tenetur Abb. ubi sub. Ad quod Guillelm. de Monte Laud. dicit esse textum apertum in c. 1. in tit. de Milite, vassallo, qui contumax est in iussu. Quod nota ad imitationem l. Contumacia, vers. Contumax est, ff. de re judic. & c. de illicita, vers. Quicumque tribus autoritatibus 21. qu. 3. Nam regulariter æquiparantur trinæ citationes & unica peremptoria cum competentibus intervallis, ut in iuribus præallegatis & in c. Constitutum, de sent. excom. lib. 6.

Hæc procedunt in Clericis latitantibus, de quibus ignoratur ubi sint vel ad quos non valet citatio pervenire. Hi enim ut dixi supra in 2. notab. citari debent tribus edictis, id est solemniter propalatis & publicatis, ut in littera in ver. Parvas publicari; aliis enim contra absentes ex edicto procedi non potest ut ita procedit textus in d. l. 1. §. Item cum ex edicto, ff. que sent. sine appellat. resind. qu. a ibi edictum non fuit solemniter positum ut post gloss. 1. & Innoc. declarat hic Holt. n. 6. in ver. Edictum & in v. Publicari & sequuntur DD. de quo tamen vide hic per Imol. n. 4. v. Circa primam. Hæc inquam procedunt in Clerico qui nescitur ubi sit & si ita longe distat, ut commode personaliter citari non possit: de eo loquitur hæc Decretalis. Inducuntur enim contra eum hæc duo specialia, ut citatio sit trina & absens postea expectetur per sex menses, ut sic suppletur defectus citationis personalis. At vero si sciat ubi sit Clericus beneficiatus & commode citari possit, tunc non requiritur trinam citationem; sed debet personaliter citari & sufficit unica citatio, si fuerit personaliter executæ. Imò sufficit simplex requisitio seu monitio vel revocatio cum competentis termino ad redeundum, quo elapso etiam non expectatis sex mensibus, Ecclesia spoliari poterit; cum videatur illam habere per decretum, textus est in cap. Ex parte & ibi dixi supra eodem; & ita distinguit & declarat glossa communitur approbata in d. c. Quoniam sequenter, §. Porro in verbo Canonibus, fuerit ut late non contulit, & Abbas hic num. 10. in 3. opposit. & num. 12. vers. Conclude ergo. Joannes de Selva in tractatu de Benef. part. 4. quest. 4. & seq. & resoluti Rota apud Card. Fagnan. in III. Lib. Decretal.

Manciam decisione 67. num. 5. quam decisionem postea secuta est eadem Rota in Terdonen. Præpositura supra cit. in primo notab.

Non obstat glossa præallegata in Clementina in verbo Tertio de vita & honestate Clericorum; quia dicit ad penam incurrendam non sufficere unicum citationem etiam personalem & peremptoriam, prout eam allegat Abbas hic in quarto notab. quoniam textus in dicta Clementina loquitur de Clericis, Officiis Carnificum & Tabernariorum publicè & personaliter exercentibus, & sic de his qui non latitant, sed personaliter citari possunt; & tamen jubet eos nominatione & terro moneci. Non igitur mirum si ad illam penam incurrendam, unica citatio personalis non sufficiat, cum textus in illo speciali casu trinam requirat. Et forte ratio specialitatis fuit gravitas penæ amissionis privilegi Clericalis, quod est de Jure Divino, cap. Si Imperator 96. dist. & scripti latissime in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ supra de Constit. At fecit est in Beneficiatis absentibus, quia si eorum copia haberi possit, Jura nihil aliud exigunt quam ut semel personaliter moneantur seu revocentur ad residentiam, ut in d. cap. Ex parte supra eodem & conlat ex supra dictis. Veruntamen aliud dicendum est post Concilium Tridentinum quoad Parochos, quia sufficit citatio per edictum; nec requiritur personalis, ut patet infra num. 31.

Quarto nota ibi, ultra sex menses. Clericum à sua Ecclesia absentem, si ignoratur ubi sit, post trinam citationem esse expectandum per sex menses. Unde sublata est dispositio antiquorum Canonum, qui variè circa hoc disponunt. Quidam enim dicunt Clericum duobus tantum mensibus esse expectandum, cap. Presentium 7. quest. 1. Quidam dicunt de tribus hebdomadis, c. Si quis in Cler. eodem causi & quest. Quidam de quinque sunt, cap. 2. supra eodem. Quidam de anno, ut in Autent. de Sanctiss. Episcopo, §. Interdictum secundum Innoc. hic num. 2. & latius per glossam in c. Quoniam frequenter, §. Porro in verbo Canonibus, supra ut late non contulit. Sed hodie contra Beneficiarium latitantem de Jure communi servandum erit quod hic dicitur, ut scilicet expectandus sit per sex menses. Jure enim presumptio est, ut infra hoc spatium citationis edicta ad illius notitiam perducantur, ad quod hunc textum singularem reputat Abbas hic num. 5. in 5. notab. ergo lapsis sex mensibus Beneficio spoliari poterit, ut in textu, etiam lite non contestata, ut in d. cap. Quoniam frequenter & hic notat glossa in verbo Removeat, etiam non procedente sententia privationis; propterea enim dixi spoliari & non privari, quia non fertur sententia; sed datur Beneficium quasi vacans; & sic absens videtur spoliari, ut formaliter hic dicunt Hostiensis & Joannes Andreas ambo in verbo Spoliari & sequuntur alii. De quo dic ut scripsi in cap. Ex parte & cap. Qualiter supra eodem.

Limita nunc notabiliter dispositionem hujus Decretalis, ut non procedat in obtinentibus Dignitates, Canonicatus, Præbendas aut Portiones in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis. Hi enim ex Decreto Concilii Tridentini cap. 12. §. Præterea, fell. 24. si ultra tres menses adfuerint, primo anno privari debent dimidia parte fructuum. Secundo anno, omnibus fructibus. Crescente vero contumacia, procedendum est contra eos ad Sacrorum Canonum præscriptum, id est ad privationem tituli. Atque ita absentes ultra tres menses hodie Beneficio privari non poterunt, nisi post lapsum trium annorum & servatâ formâ ibi præscriptâ, ut lapsus declaravit Sacra Congregatio ejusdem Concilii Interpretes. Minimè enim verum est quod refert Mantica in præallegata decisione 67. num. 6. videlicet per Illustrissimos Sacre Congregationis Interpretes fuisse declaratum, Episcopos posse procedere ad privationem non residentiam, tamen temporum intervalla de quibus in d. cap. 12. §. Præterea, fell. 24. non fuerint observata. Imò enim Sacra Congregatio censuit expectandum esse lapsum trium annorum, priusquam ad privationem in totum procedatur; & primo anno absentem ultra tempus permissum, privandum esse dimidia parte fructuum; & quidem ad ratam mensium quibus absint, si non integer est annus. Secundo, omnibus fructibus. Tertio, privandum titulo & ad privationem hujusmodi procedi non posse; nisi hæc forma servata, ut etiam dixi in capite Licet, numero vigesimo sexto infra titulo proximo.

Idem responsum, cum Episcopus in penam residentie vult Parochis subtrahere partes fructuum, quot residendo suos fecerunt; debet enim servare quoad intervalla & quoad quatuor præscriptum Concilii, capite 1. fell. 6. ut latius dicam infra num. 24.

Ultimo nota in §. Contra eos, Archiepiscopum posse procedere contra Episcopos delerentes Ecclesias suas excommunicando & suspendendo; & removere autem illos ab Episcopatu vel administratione non posse; hoc enim specialiter Legato hic conceditur, ut formaliter dicit Innoc. num. 5. in verbo Procedatur & sequuntur alii. Nam depositio Episcoporum, Jure Divino est Romano Pontifici reservata, ut in cap. Inter corporalia de translatione Episc.

Verum intelligendo hunc §. Contra eos, non ponere casum 18 N

blica Universitate vacare studio sacrorum Canonum fructu- que Parochialis interea percipere. Die 16. Junii 1605. S. Congregatio tamen non consuevit concedere ut Parochi a Parochiali abesse possint studiorum causa tamen quia sacri Canones id privilegium tribuunt & concilium illud non revo- cat, sed praeservat. c. 1. sess. 5. censuit gratiam petitam juveni optimo speli concedendam, ut rem christiam. sacror. can. scientia instrudus, in illis part. promovere possit.

22. Quero, an Parochus excusetur a residentia propter inimicitias? Responsum excusari, si inimicitie sint capitales ita ut ad Ecclesiam redire non audeat, Bonn. II. 1. sup. de elec. per quem textum, ita tenet hic gloss. ult. Host. n. 5. in ver. excusationem. Ant. de Butr. n. 9. in gloss. fin. alii communiter, gloss. 1. in c. Ad supplicationem, sup. de ren. quae exponit verba illa text. eo quod ibi non poterat securi morari, scilicet propter capitales inimicitias. Melius probatur in c. Pastoralis 7. qu. 1. ubi propter inimicitias Praelatus pote- rit ab Ecclesia abscedere. Ad idem text. in Clem. Ne in agro, §. Caterum, juxta gloss. in ver. Causa rationabili, de statu Monachor. quem ad hoc allegat Felin. in c. Accedens, §. 2. ver. Sexta conclusio, ut lite non contest. Jas. in l. 2. §. pen. ad fin. ff. Si quis caution. & Ripa in tract. de Peste, 23 in tit. de privili. contract. numer. 126. ver. Quinto Hinc 24 Specul. in tit. de citat. §. 1. ver. Item quod fit ad locum, dicit posse recusari locum ubi sunt inimici vel eorum domesti- ci, seu amici. Imo non debet quis se committere suis capi- talibus inimicis, etiam cum literis salvi conductus. Textus est in d. c. Accedens, ibi, & licet litteras non habuerit de conductu, tamen si missis ei fuissent non debet se credere suis capitalibus inimicis. Simile in capite De cetero, & 25 cap. Quamvis infra de sent. excomm. Et in hanc sententiam sepius respondit Sac. Congregatio Concilii, quae in casibus consuevit dare litteras ad Episcopum, ut si vere sint & gra- ves inimicitiae quae narrantur & abique Parochi culpa; & antequam Ecclesiam obtinuit exortae; super quibus Episcopi conscientia oneratur, dilacionem ei det, ut in alio tutiori ac viciniori loco manere possit, durantibus dumtaxat inimicitias dum tamen non ultra sex menses durent. Interea autem Vi- carium idoneum in illa Ecclesia constituit Episcopus assignata ei congrua portione ex redditibus Ecclesiae & partes etiam suis interponat & omnem diligentiam adhibeat, ut tuto reside- re possit Parochus. Quod si intra sex menses, nec dum sedatae sint inimicitiae, referibit Episcopo, ut det illis sex mensium prorogationem repetitis omnibus quae in prioribus literis continebantur & sine spe ulterioris prorogationis, quae rarissi- me conceditur: nam cum indulta perpetua de non residen- do etiam ex iustis & rationabilibus causis jam sublata fuerint Decreto c. 2. sess. 6. ubi inimicitiae sunt verisimiliter dura- turae, contulatur cura animarum, inducendus est Parochus ad resignandum vel permutandum, arg. cap. Ad supplicatio- nem, de renunc. Et ita Parochus punitur sine culpa, sed non sine causa, ut notat gloss. in cap. Tua vos in ver. Adminis- trationis, de Cler. egrot. ad exemplum Parochi leprosi, qui ad administrationis officio removeretur sed de bonis Ecclesiae sustentaretur ut in praed. decr. Tua nos. Simile, in cap. Quo- niam frequenter, §. Quod si forsitan in fin. supra, ut lite non contest.

26. Quae autem sint graves & gravissime inimicitiae, notat Bald. in l. 3. §. fin. ff. adimen. legat. Et quae sint inimici- tiae capitales, vide in l. Cum autem, §. Excipitur, ff. de adil. edict. in l. Edicto, ff. de verb. signif. in l. 2. ff. de publ. Jud. & in l. Capitalium, §. Si quis, ff. de pen. notatur, in c. Per suas inf. de Simonia.

30. Poero, ob solam odium Parochianorum S. Congregatio censuit Parochum a residentia non excusari.

31. Quero, an his super beneficio excuset Parochus a resi- dentia? Respondeo excusare. Casus est in c. Ex parte, §. 1. x. ibi, Si te non absentando tu fraudem Praepositura tua jura fideliter prosequaris, cum per hoc censeri debeas residens, & ibi omnes notant supra eod.

Hinc cum Anton. Lurtius Diocesis Fesulann. obtineas Ecclesiam S. Donati Parochialem, super qua post habitam pos- sessionem sibi hic nota fuerat, dubitasset an teneatur, lite hujusmodi durante suscipere sacros Ordines, S. Congregatio censuit non teneri, si vera est lit, suscipere sacros Ordines. Et licet Cassad. decis. 9. de caus. possf. & propr. dixerit hoc intelligendum, quando litis motus fuit intra duos menses: tamen Patres duxerunt nihil exprimendum de istis duobus mensibus, sed simpliciter non teneri, si vera est lit, ad sus- cipiendum Ordines, cum nec residere teneatur. Et ex hinc in his casibus dari solet dilatio paucorum aliquot mensium ad litem prosequendum. Idemque observari consuevit in cau- sis criminalibus. Et in specie Archiepiscopi Ripae criminali- ter inquisitus & condemnatus ab Ordinario, Romam pro- fectus & obventa causa commissione fuit citatus ab Ordina- rio ad residendum cum fructuione fuit citatus ab Ordina- rio propter admissit S. Congregationem pro remedio, dictum est videndam prius commissionem causae, quae si vera fuerit

scribendum ad Episcopum ut tollat sequesterum & sinat eum abesse per quatuor menses ex hac causa. Ad hoc cap. Super causa & ibi gloss. fin. & DD. 2. qu. 4.

4. Quero, an Parochus a residentia excusetur ob aeriis interperiem.

Doctores hic super veris. Excusationem, communiter te- nent interperiem aeriis praebere justam excusationem Clerico non residenti per textum in c. Quorundam 74. dist. & acci- piunt interperiem pro aeris corruptione, ut per Host. num. 5. & idem notat glossa in c. Ad supplicationem in ver. Securi morari de renunc. Et quamvis expresse non loquantur de Pa- rochis, sed de obtinentibus beneficia personalem residentiam requiruntia juxta textum hic, tamen Innocentius quorundam in quibus beneficiis habeat locum hac Decretalis & totus hic titulus, concludit habere locum in beneficiis Curatis & in beneficiis simplicibus, quae residentiam requirunt ex privile- gio, statuto, consuetudine vel quocumque alio modo. Et cum eo transeunt Host. Joan. Andr. Butr. Card. Abb. & reliqui omnes.

Ceterum quidquid sit in obtinentibus beneficia, quibus cura animarum non incumbit, de quibus die et scripti in c. Licet n. 46. infra tit. prox. certe Parochus a residentia non excusatur aeris interperiem, ut sepius S. Congregatio decla- ravit. Nec mirum, quia nec peius formalis eo excusat, ut patet in quazit. seq.

5. Quero, an Parochi tempore pestis teneantur residere in suis Parochialibus & Sacramenta per seipso ministrare Parochianis suis eo morbo infectis.

Anve si id non faciant, possint statim privari non exspu- rato tempore a veteribus Canonibus praeter iis qui a suis Ecclesiis absunt.

Instantes sancti memoris Card. Borromeo Archiepiscopo Mediolanensi proposita fuerunt in S. Congr. Concilii supra- scripta dubia. Et die 11. Octobris anni 1576. S. Congr- gatio censuit Parochos tempore pestis teneri in Parochialibus residere ex sententia Ripae in tract. de Peste, tit. de privili. contract. ver. Quinto n. 147. & n. 150. Item ex sententia S. Thomae in 2. 2. quae. 26. art. 5. in fin. & Navarri in Manual. c. 24. n. 10. & c. 24. n. 20. tamen eodem tempore Parochianis suis peste laborantibus ministrare dumtaxat duo Sacramenta ad salutem necessaria, nempe Baptismum & Pen- nitentiam seu Confessionem. Possent autem ea ministrare vel per se, vel per alium. Sed quod arinet ad illud verbum, 39 alium, quia Concilium obligat ad per se, faciendum verbum cum Sanctissimo.

Die 12. Octobris Sanctissimus audita sententia Congre- gationis, eam approbavit etiam in eo, ut possent per alium dummodo idoneum, ex praecipua ratione ut Parochus possent audire confessiones sanorum, quia alias cum reformidarent, si viderent ipsum accedere ad pestilentem & nolent ei con- fiteri, veriti contagionem; utque etiam ipsi Parochus officio hortandi, praedicandi, & solandi suos omnes Parochianos uberius & plenius fungi possent. Cumque postea fuisset reperta 40 decisio Archiepiscopi Florentini 3. p. tit. 22. c. 12. §. 3. his verbis; Eos quibus cura animarum imminet, de necessi- tate salutis suo oportet per se, vel per alium idoneum Sa- cramenta ministrare, quantumcumque infectis peste, & dubi- tari possent quid agendum, cum hic Sanctus simpliciter Sa- cramenta dicat, nec se restringat ad duo. Res tota ad Sanc- tissimum delata est.

Die 20. Octobris 1576. referentibus Cardinal. Ale. & Senonem. dictum Archiepiscopo Florentino non haberi pro- decisionem necessariam, si non Doctor, non Judex, non alia autoritate suffultus. Sanctitas sua inclinavit in eam senten- tiam ut littera scribenda indistincte dicat Sacramenta: & decretum sic esse concipiendum teneri omnino ministrare Baptismum & Penitentiam. Et loco dictionis, dumtaxat, apponendam dictionem, omnino. An lit faciendis & edenda Constitutio amplius deliberandum & audiendas rationes mon- tis Aelcui, qui dicit se dissentire & dubium mittendum ad Patrem Toletum & alios duos, vel tres Theologos, qui suam sententiam dicant. Et discutiantur etiam, an Parochi quatenus teneantur, si id non faciunt, debeant statim, expecta- to semel privari.

Sancta Congregatio die 6. Decembris 1576. censuit com- muni sententia (excepto tantum Senonem. qui dixit mor- tendos & servandam consuetudinem) persistendum in De- cretis, ut scilicet teneantur residere iternque Sacramenta Baptismi & Confessionis omnino ministrare per se vel alium 41 idoneum hoc tamen non per legem generalem statuerendum, sed per litteras Congregationis, ut lolet; significandum Cardinali, & addendum contumaces Parochos, seu ideò sta- tim privandos esse, sed remissa edicto, sed monitione, contra eos procedendum prout Concilium mandat sess. 23. c. 1. nempe prius per censuras, secundo per sequestratio- nem & subtractionem fructuum; deinde si haec remedia non profunt, posse per privationem. Sed agendum prius bonis verbis & piis cohortationibus & admonitionibus. Amplius 42 quia

quia Theologi aliqui dissentunt, Tabiens, Arimilla & Cano- nista erim in c. fin. de Cler. non resid. & Barb. cons. 81. n. 2. dum dicunt, si Parochi excusantur propter inimicitias capi- tales; ita etiam excusari debent propter pestem; & quia si- mili fugerent Parochos & quia Parochi omnes morerentur; idem censuerunt omnes ab Archiepiscopo Cardinali tempera- mentum aliquod adhibendum ex sua prudentia vel ut non omnes Parochos excuset; sed aliquos pariendo opus, vel deputaret aliquos Sacerdotes etiam non Parochos; volun- tarios tamen etiam mercede constituit, qui Sacramenta praes- tarent egrotis, prout alia Roma dicitur factum & prout Cardinalis Senonem. reitatus est inolevisse laudabilem con- suetudinem, ut Principes, Magistratus & Civitates provi- deant de Ministris Sacramentorum ex Clero etiam con- 44 cendo eos mercede ex fisco & arrario: collecta etiam a Clero exactis; & ita in litteris quae scribentur addendum; tamen prius cum Sanctissimo agendum.

Die 10. Septembris 1576. sacra Sanctissimo relatione in Consistorio; Sanctitas sua decrevit scribendas simpliciter litteras ad Cardinalem Sanctae Praxedis: quibus significetur, dubio in Congregatione proposita & ad Sanctissimum rebato: 45 Sanctitatem suam decessisse, Parochos tempore pestis teneri omnino residere in suis Ecclesiis Parochialibus; posse tamen per alium idoneum ministrare Parochianis suis peste infectis Sacramenta Baptismi & Penitentiae: & si non residuerint, contra eos procedendum esse servata forma, cap. 1. sess. 23. in fine.

Die 23. Decembris 1576. sacra Congregatio censuit scri- bendas litteras in hanc formam. Sacra Congregatio censuit teneantur omnino residere in suis Ecclesiis Parochialibus; & si non residuerint, agendum contra eos ex Decreto Concilii, c. 1. sess. 23. de servata forma ibidem praescripta. Ministrant vero Parochianis peste infectis Sacramenta Baptismi & Peni- tentiae per alios; & licet Aleria, diceret quod ex ultimis verbis videtur prohiberi Parochis, ne per seipso haec duo Sacramenta etiam volentes ministrant; tamen tota Con- gregatio dixit hanc fuisse mentem Sanctissimi in prohibendo haec Parochis ad commodum Parochianorum qui sani essent; hi enim verisimiliter nolent conversari cum Parochis con- 46 tibus ad infectos peste. Hac de Parochis & Curatis infero- ribus.

Quo vero ad Episcopos, dubium ortum est nonnullis Praelatis Ecclesiarum: quod sit proprium Episcopi officium tempore pestis, an scilicet ad residentiam continuum & an ipse Curatus Ecclesiae Sacramenta ministrare teneatur vel possit hoc tempore ab Ecclesia sua abesse possit, ut an tutiori conscientia ad aliquam suae Diocesis partem in qua forsitan Epidemia non vigeat; se conferre possit, relicta Civi- tate & parte infecta; licet etiam praesentia summopere in- digeat. Sanctissimus die 13. Decembris 1576. dixit Decre- tum factum in Parochis, multis magis debere procedere in Episcopos qui magis obligati sunt; tamen posse Episcopos in locis tutioribus manere & inde providere; sed nunc id non esse opus discutere ulterius ad demire.

Superest pro complemento materiae, ut investigemus cur Parochi excusantur a residentia propter inimicitias; & tamen non excusantur propter pestem; videbantur enim hic duo casus a pari procedere, cum utrobique subit equalis peri- culum mortis. Unde in c. ad supplicationem de renunc. ab- solvitur a vinculo Ecclesiae Archiepiscopus Ragusenus. eo quod ibi non poterat securi morari; & si accessum haberet ad illam, mortis sibi periculum immineret. Et glossa exponens 49 verba illa non poterat securi morari; forsan inquit, propter interperiem aeriis; vel quia habebat capitales inimicos. Si- militer in Clem. Ne in agro, §. Caterum de statu Monach. statuitur ut Piores, tam conventuales quam curam anima- rum habentes teneantur in suis Prioratibus seu administrationi- bus residere: nisi studiorum vel alia causa rationabili ad tempus forte ab hujusmodi residentia excusentur; & glossa exponit causam rationabilem, id est propter inimicitiam, aeris temperiem, capitales inimicitias vel similia; atque ita glossa praerlegat & Doctores hic requirant causam inimi- citiarum & corruptionis aeris seu pestis. Unde licere bene- ficiato a residentia abscedere propter pestem sicut propter inimicitias, opinati sunt multi ex Theologis & plerique ex Canonistis superius relatis numero 31. & 42. & ultra eos Host. in Summa hoc tit. §. fin.

Solutio patet ex verbis textus in c. ad veritas, §. Hoc tunc servandum 7. q. 1. videlicet Cuius Praefor specialiter queritur: 50 fuerat exemplo Christi qui a facie Herodis fugit in Aegyptum; fuerat exemplo Pauli qui a fratribus per murum submissus est in sporta. Unde Augustinus ait: Fugit Minister Christi, sicut ipse Christus in Aegyptum; fugiat & qui specialiter queritur, dum per altior firmam est Ecclesia salus. Hinc etiam ait Dominus Discipulis: Si vos persecuti fueritis in una Civi- tate, fugite in aliam. Hinc etiam idem abfondit se & exivit de Templo, quando Judaei lapides tulerant ut facerent in eum. 51 Cum vero non Praelato tantum, sed generaliter periculum omnibus imminet & animarum salus salva esse non potest; debet Praelatus animam suam ponere pro ovibus suis. Haec ibi. Et hanc distinctionem in materia inimicitiarum & persecutionibus extrinsecas ponunt Innoc. Joannes Andreas, Butr. Card. & omnes in capite Nisi cum pridem, §. Propter multam, supra de renunciatione & Sanctus Thomas in 2. 2. quae. 185. art. 5.

Itaque propterea Parochus potest fugere a persecutoribus & inimicis, quia non desunt illi a periculo immunes per 52 quos animarum salus rata esse possit; at non potest fugere a loco pestifero, quia cum periculum omnibus sit commune nec sint illi qui tuto possint Gregi assistere: non illi ad quos non pertinet de ovibus; sed Pastor ipse pro ovibus suis debet animam suam ponere, cap. Tres personas 23. quae. 4. id est mortem subire, ut sentit Divus Thomas loco citato, quem ita explicat Scot. lib. 10. de Justitia & Jure, quae. 3. art. 4. sicut verus & optimus Pastor illam possit & factus est obediens usque ad mortem, §. Ecce 2. quae. 10. & factus est; & ita exemplum dedit Sacerdotibus suis, ut quemadmo- dum ipse fecit: ita & ipsi facerent, cap. Significasti supra de elec.



DE PRAEBENDIS

ET DIGNITATIBUS

In corpore Canonum.

CAPUT II.

Non liceat ulli Episcopo ordinare Clericos, & eis nullas alimonias prestare: sed duorum alterum eligat, vel non faciat Clericos; vel si fecerit, det illis unde vivere possint.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus Clericum ordinans sine titulo, ei in necessariis providere tenetur & num. 3.
- 2 Allegatio generalis admittitur.
- 3 Clericus non debere sine titulo ordinari, quibus ex causis constitutum fuerit & num. 9.
- 4 Alimonia quid importent.
- 5 Episcopus promovens aliquem sine titulo ad minores Ordines, an teneatur ei vitæ necessaria ministrare & num. seqq. usque in finem.

Non liceat. Episcopus Clericum ordinans sine titulo, ei in necessariis providere tenetur. Hoc dicit. Breve est & idem non dividitur.

Nota primo superscriptionem pro generali allegatione; nam factus est dicere: hoc habetur in corpore Canonum vel in corpore Juris Civilis, secundum Antonomiam de Butrio num. 3. & Joannem de Imola num. 1.

Secundo nota, nulli Episcopo licere quemquam ordinare sine titulo: quod multiplicem habet rationem, secundum Turrecrem. in c. Neminem num. 1. verbi Respondendo dicendum 70. dist. Prima ratio desumitur ex c. Cum secundum Apostolum infra eodem. Iustum enim est, ut qui obligatur ad intervendum Altari sine Ecclesie: ex preventibus Ecclesie alantur, dicente Apostolo 1. ad Corin. 9. Qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario sunt edunt; & qui Altari deserviant, tum Altari participant. Sed Clerici in sua Ordinatione obligantur ad intervendum Ecclesie, cap. Clerus 21. dist. cap. Duo sunt genera 12. quæst. 1. & hodie est expressum in Decreto Concilii Trid. cap. 16. sess. 23. Ergo conveniunt eis in Ordinatione assignatur titulus ex quo vitæ necessaria percipiunt. Et confirmatur, quia Clerici in Ordinatione sua recipiunt Officium in Ecclesia, d. c. Duo sunt & cap. Perlectis 25. dist. Ergo rationabiliter assignandum est ei Beneficium in Ecclesia, cap. Dilectus 1. & 2. infra eodem & cap. Praeposuit supra de filiis Presbit. nam propter Officium datur Beneficium, cap. fin. de rescript. lib. 6. Ideoque privatus Officio & Beneficio privatus intelligitur; cum sit ejus sequela, cap. Bas & cap. Si quis Sacerdotum 81. dist. & cap. Præter hoc 32. dist. glossa in d. c. fin. in verbo Datur. Unde cum Officium & Beneficium sint connexa, uno collato sine reliquo: esset dividere unitatem & individuum: quod esse non debet, ut formaliter inquit Petrus de Anchar. in 1. notab. Præterea rationabiliter hoc statutum est, ne alius Clerici cum decore Ordinis Clericalis mendicare cogantur, cap. Diaconi sunt 93. dist. & probatur in cap. Postulasti supra de rescript. ad hæc conveniens fuit sic statueri, ut ordinatus ligetur ex titulo ne incertus vagetur sedibus & locum deteret inconstituto Episcopo, cap. Non oportet & cap. Si quis verò 7. quæst. 1. & patet ex d. c. 16. sess. 23. Concilii Trid. quibus consequitur alia ratio secundum Abbatem hic in 2. notab. videlicet ne numerus Clericorum nimium excresceret; nam turba facit eos contemptibiles, ut cap. Legimus, verbi Diaconus 93. dist. & præterea Concilii Tridenti ubi supra, in hærendo vestigiis, 6. Canon. Concilii Calcedonenis decrevit, ut nullus in posterum ordinetur, qui illi Ecclesie aut pio loco pro cuius necessitate vel utilitate assumitur: non scribatur; ac demum secundum Petrum de Ancharo num. 1. non debet quis ordinari sine titulo, sicut nec fundari Ecclesia sine dote, cap. Nemo de consecr. dist. 1. Spiritualia enim sine temporalibus diu esse non possunt, c. Si quis obsecravit 1. quæst. 23.

Tertio, nota penam Episcopi ordinantis Clericum sine certo titulo: nem tenetur ei vitæ necessaria ministrare, donec Beneficium Ecclesiasticum sit consecutus: de quo dicit, ut scripsi latissime in dicto capite Cum secundum Apostolum.

Ultimo, nota verbum illud *alimonia* quod importat vitæ necessaria, ut colligitur hic in fine & concordant, capite Aurum & cap. Hæc hujus, cap. Ecclesiarum servos 12. quæst. 2. cap. Inter cetera 12. quæst. 4. & lege Necare, ff. de liber. agnosce. quæ autem dicantur vitæ necessaria & quid veniat illorum appellatione, dixi in c. Episcopus in 2. notab. infra eodem.

Quæro, an Episcopus promovens aliquem sine titulo: ad minores Ordines teneatur ei vitæ necessaria ministrare.

Doctores non conveniunt, glossa 1. & Innoc. hic in princ. tenent etiam Clericos in minoribus Ordinibus constitutos, debere Ordinatore providere, arg. cap. De iis 28. dist. & cap. Proposuit supra de filiis Presbiterorum; & sequitur Abbas num. 2. ubi concludit Episcopum à principio servare debere quod hic statuitur in omnibus Ordinibus. Idem tenet Hugo & glossa in cap. Neminem 70. dist. dicens etiam in minoribus Ordinibus non debere quem sine titulo ordi-

- 6 Clericorum appellatione veniunt etiam constituti in minoribus Ordinibus.
- 7 Intellectus, cap. Neminem 70. dist. & num. 12.
- 8 Intellectus, cap. Cum secundum infra eodem & num. 11.
- 10 Ordinum minorum functiones exercentibus stipendia assignari debent ex redditibus Beneficiorum vel Fabricæ Ecclesie & num. 14.
- 13 Clericus minorum Ordinum, cui Episcopus non cogatur titulum assignare, sicut Constitutus in Sacris.

nari, arg. cap. Videntes 12. quæst. 1. & cap. Si qui verò 32. dist. glossa 1. in cap. Episcopus infra eodem. Turrecrem. in d. cap. Neminem num. 2. verbi Respondendo sub duabus conclusionibus; & idem firmiter in cap. Cum secundum Apostolum infra eodem, Host. n. 11. in verbo Ordinat. & Joan. And. n. 3. in eod. ver. & ex recentioribus Navar. cons. 14. n. 1. de tempor. Ordinari.

Pro hac opinione inducitur primò hæc Decretalis, quæ dicit Non liceat Episcopo Clericum ordinare & nullas ei alimonia prestare; & sic loquitur de Clerico generaliter & indefinitè. Clericorum autem appellatione, præteritur in materia favorabili: qualis est hæc; veniunt etiam Constituti in minoribus Ordinibus, ut patet in c. Cleros 12. dist. & in c. Duo sunt 12. quæst. 1. & expressius in Auth. de Sanctissimo Episcopo, §. Presbiteros: quæ est canonizata in c. de persona 11. quæst. 1. notatur in cap. Cum non ab homine de Jud. & in c. de foro competenti; & in proposito nerant hic glossa, Host. Joannes Andreas & Abbas loc. cit. & Decius post eos num. 17. & ita ex hoc textu colligitur Doctores & in specie Antonius de Butrio num. 4. Nota, inquit arg. quod obligatio quæ surgit contra Episcopum ordinantem aliquem sine titulo: habet locum in quocumque Ordine promoveat Clericos. Et sequitur totidem verbis Imol. num. 1. in 2. notab. & Anchar. num. 3.

Secundò ad idem inducitur, c. Sanctorum 70. dist. ubi generaliter dicitur, ut sine titulo facta Ordinatio irrita habeatur; sub nomine autem Ordinatio dubitandum non est quin etiam minores Ordines comprehendatur, c. Acolitus cum tribus sequentibus 23. dist. & c. 3. supra de tempor. Ordinari. Concilii Tridenti. de Sacramento Ordin. sess. 13. c. 2. & Can. 2. & 3. & ita illam textum ponderat Hugo in c. Neminem, eadem distinctione: dicens Ego credo quod generaliter intelligitur de Ordine quilibet; nam generaliter & indistinctè prohibetur in sequentibus capitulis, ut refert ibi Turrecremat. numero secundo, verficulo Hoc idem dicit Hugo.

Tertio pro eadem opinione videtur textus apertus in d. c. Neminem 70. dist. ubi Conc. Calcedon. decrevit neminem absolutè (id est sine titulo, ut exponit glossa & Archidia. & ordinari Presbiterum vel Diaconum, vel quilibet in Ecclesiastica Ordinatione constitutum. Hæc enim postiora verba tanquam univocis non videntur posse restringi ad solos Subdiaconos, absque eo quod vis inferatur litteræ, arg. cap. Solite, verbi Quodcumque ligaveris supra de majori. & obed. nec refragatur quod dictum, c. Neminem & c. Sanctorum fuerint correctæ per c. Cum secundum infra eodem, quoniam hoc verum est quoad penam Ordinati sine titulo; non autem quoad prohibitionem Ordinationis, argum. legis Præcipimus in fine, codicis de appellationibus & lege Sancimus, codicis de testamentis. Expedi enim Jura Juribus concordare, codicis Cum expedit de electionibus, libro sexto.

Quartò, pro hac parte ponderandus est textus in d. c. Cum secundum Apostolum, inducendo eum dupliciter; & primò ille textus in priori parte loquitur de Clerico in sortem seu hæreditatem Domini assumptis. Hi autem proprie dicuntur, non tantum in Sacris; sed etiam in minoribus Ordinibus constituti, ut probat textus in cap. Cleros 21. dist. & in cap. Duo sunt 12. quæst. 1. & de his ponit decisionem in genere: videlicet ut Ordinatis sine titulo, vitæ necessaria ministrantur per Ordinatore vel Successores eorum. Ergo hesitandum non est, quin huic penæ subiciantur etiam Episcopi qui ad minores Ordines promovent titulum non habentes. Nec refert quod in verficulo Indè est postmodum textus agat in specie de quodam Subdiacono; quoniam id fecit, quia in factis sic contingit; sed per hoc non videtur restringi generalitatem decisionis præcedentis; nam genus non restringitur ad id quod per speciem specialiter providetur, c. denique 4. dist. cum concordantibus: de quibus per petrum Brixian. in Repertorio, in verbo Genus. Deinde textus in d. c. Cum secundum Apostolum, commemorat penam antiquiorum Canonum: videlicet, c. Neminem & c. Sanctorum 70. dist. secundum quam Ordinati sine titulo erant suspensi ab Ordinum executione, ut

De Præbend. & Dignit. c. Non liceat.

dixi in d. c. Cum secundum in 5. notab. num. 1. & illam penam abrogat & eius loco aliam imponit: videlicet ut Ordinatore & Successores eorum teneatur sic Ordinatis in necessariis providere. Sed penam antiquiorum Canonum habebat locum etiam in promotis ad minores Ordines, ut dicitur etiam supra in tertio & quarto argumento. Ergo eodem modo in promotis ad minores habet locum penam Ordinatore: quæ in locum primæ sufficit, arg. c. Is qui in jus de regulis Juris, lib. 6. & lege Is qui jus, ff. eod. lege Si Judex & lege Mortuus, ff. de Judic. cum suis concordantibus.

Quintò, pro eadem opinione multum urget præcipua ratio quam Sacri Canones præ oculis habuerunt: videlicet ne Clerici cogentur mendicare in opprobrium Ordinis Clericalis; nam & legitur in cap. Diaconi sunt 93. dist. Mendicat infelix Clericus in plateis & civili operi mancipatus publicam à quolibet deposit alimonia; & in hac ratione præcipua Clericorum fundari hæc provisiōnem declarat textus expressus in c. Postulasti supra de rescript. qui est glossa in c. Cum secundum Apostolum infra eodem, ut dicit ibi Host. num. 17. in verbo Ecclesiasticum. Hujusmodi autem ratio, sicut & alia quarum superius meminimus in primo notab. Vigent etiam in Clerico inferiorum graduum: ergo in illis quoad hoc, idem jus servari debet vulgaris iuribus.

Ultimo hæc accedit quod utiliter Ordini suum peculiare officium in Ecclesia est assignatum, c. Acolitus cum tribus cap. seq. 23. dist. & c. Prædictis 25. dist. Cuiuslibet autem in Ecclesia laboranti debetur stipendium, ut c. Charitatem 12. quæst. 2. Et præterea Concilii Trid. in cap. 17. sess. 23. præcipit Episcopis, ut functiones Minorum Ordinum pluribus in locis, aliquando intermissis curent restituendas; & ex aliqua parte reddituum aliquorum simplicium beneficiorum, vel fabricæ Ecclesie stipendia assignent eas functiones exercentibus.

Contrariam sententiam amplectantur hic Host. & Joan. Andr. ambo n. 3. Butr. n. 6. dicens hoc tenere DD. Card. n. 1. in 2. opposit. Anchar. n. 3. & Imol. n. 4. ubi ait, hoc communiter tenent, ut Episcopus non sit compellendus ad præstandum alimenta Clerico promoti sine titulo, nisi quando sint promoti ad Sacros, seu ad aliquem Sacrorum Ordinum. Idem firmiter in d. cap. Cum secundum infra eod. Butr. n. 4. & Card. n. 6. in 10. notab.

Et pro hac opinione facit primò, quod etiam hæc Decretalis loquitur de Clerico indefinitè, tamen text. in c. Episcopus infra eod. adstringens Ordinatore ad præstanda alimenta ordinato titulum non habenti, quasi hæc declarando restringit se ad Clericos in Sacris Ordinibus constitutos, ut patet ibi, in Diacono vel Presbitero ordinaverit & eodem modo text. in c. Cum secundum Apostolum, quamvis in principio loquitur de Clerico in sortem Domini assumptis; tamen postea in verbi Indè est, agit de Subdiacono, quem sine titulo ordinavit Episcopus Zamorensis, quali sentiat decisionem præcedentem non habere locum, nisi in promotis ad sacros, ut ibi advertit Card. loc. cit. Undè si hoc cap. fuerit correctum, sive declaratum per posteriores Canones hodiè penam Ordinatis sine titulo non afficit, nisi promoventem ad Sacros Ordines. Et hoc intendit Host. hic num. 5. qui exponit verbum, Clericos, id est in Subdiaconatu, ut supra constitutos & apertus Ant. de Butr. in d. c. Cum secundum n. 4. dicens. Nota hodiè promoventem quem ad sacros sine titulo teneri administranda necessaria ordinato, donec sibi sit provi-

sum de beneficiis; & nota quod ista jura habent locum in ordinato ad sacros. Et eodem modo responderi potest ad iura antiqua, nempe ad c. Neminem & c. Sanctorum 70. dist. nam illorum generalitas ut cumque sic apta comprehendere etiam Clericos minorum Ordinum, tamen restringitur, seu declaratur per Canones posteriores de Ordinibus sacris specialiter loquentes, arg. c. Generi, de reg. jur. lib. 6. c. 1. In toto, ff. eod. cum simal.

Deinde facit pro hac parte, quia multum interest inter Clericos in minoribus & in Sacris Ordinibus constitutos; nam illis licitum est retro cedere ab habitu Clericali, ut c. Cum ex eo circa fin. de elect. lib. 6. & propter ea secundum Abb. hic num. 6. Ecclesia non tantum eis subvenit, quantum constitutus in sacris. Et hæc rationem considerat Host. n. 3. cui ceteri subscripserunt, ait enim, Et ratio quare Clerico inferiorum Ordinum non cogitur Episcopo assignare titulum, quia adhuc non sunt in Ecclesia radicati, imò quotidie evolvuntur, ut notatur in c. 1. & c. Joan. supra de Cler. conjug. & idem cum tales beneficiati sunt in Ecclesia, magis videtur in de Ecclesia constitui & sperari, arg. lib. Litigatores 1. rescript. ff. De arbit. c. Præterea 51. dist. c. unico de supra de obligat. ad rationem. Hæc ille. Et ex hoc patet etiam responsio ad quintum argumentum contrarium: nam ratio mendicitatis & alix ibi consideratur multo magis vigent in promotis ad Ordines sacros, quam ad minores; & propterea text. in d. c. Diaconi sunt 93. dist. post illa verba, Mendicat infelix Clericus & c. statim subiungit, Et quidem ex eo despicitur cunctis Sacerdotale officium, dum misericordia desolatus justè putatur ad hæc ignominiam devenisse. Et sic ille Canon loquitur de Sacerdotibus pro ut etiam loquitur c. Legitimus, qui immediate sublequitur, ibi Diaconos paucitas honorabiles, Presbiteros turba contemptibiles facit.

Ad ultimum respondetur ex eo quod Clerici cuiuscumque Ordinis habeant suum peculiare officium in Ecclesia; hoc tantum inferri, ut subsidium sit eis assignandum pro obsequio, quod impendunt, ne cogantur militare propriis stipendiis, ut in d. c. Charitatem & c. Quicumque 12. q. 1. Sed hæc non sequitur, ut in ipsa ordinatione sit eis assignandum titulus, aded ut Ordinator aliis teneretur de suo providere, ut clarè colligitur ex Decreto Concilii Trid. d. c. sess. 23. ubi exercentibus functiones minorum Ordinum jubetur assignari aliqua portio ex redditibus beneficiorum simplicium, vel fabricæ Ecclesie. Ex quibus patet hæc postiorum sententiam esse non tantum communem, sed etiam de jure veriorem, quæ etiam servatur de consuetudine non Ecclesia Romana non consuevit cogere Ordinatore ad providendum ordinatis sine titulo, nisi constitutis in Sacris, ita demum si Ecclesia inserviant & aliunde non habeant unde sustententur, ut testantur Auctores utriusque sententiæ supracitati num. 5. & n. 10. verbi. Contrariam sententiam.

Hodiè cessat difficultas ex Decreto Concilii Trid. cap. 2. sess. 21. ubi quamvis præmittitur ratio illa generalis ad quocumque Clericos, videlicet cum non deceat eos, qui Divino ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem questum exercere, tamen decisio restringitur ad Clericos Sacrorum Ordinum & statuitur, ne quis deinceps Clericus secularis ad S. Ordines promoveatur nisi prius legitime constituit eum beneficium sufficiens per se posse possidere. Et quoad hoc innovatur penæ antiquiorum Canonum. Quod & Navarrus observat in prælegat. cons. 14. de tempor. ordinat. & intellectu hujus Decreti. Vide quod scripti in capite. Episcopus numer. 25. & seqq. infra eodem.